Bibliothèque numérique
medic@

Vieussens , Raimond. **Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc est, omnium corporis humani nervorum, simul & cerebri, medullæque spinalis descriptio anatomica; Eaque integra et accurata, variis Iconibus fideliter & ad vivum delineatis, æréque incisis illustrata: Cum ipsorum actione et usu, Physico discursu explicatis. Editio nova**

Lugduni, Apud Joannem Certe, in vico Mercatorio, sub signo Trinitatis, 1684.
Cote : 443

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00443

EX BIBL.
REGIÆ CHIRURGORUM
PARISIENSIUM ACADEM.



©BIU Santé
Rare 7061
506.

@BIU Santé

RAYMUNDI VIEUSSENS DOCTORIS MEDICI NEVROGRAPHIA UNIVERSALIS.

RAYMUNDI

VIEUSSENS

DOCTORIS MEDICI

NEVROGRAPHIA

UNIVERSALIS.

©BIU Santé

RAYMUNDUS VIEUSSENS DOCTOR MED. MONSPELIENSIS
ANNUM AGENS XXXXII
Math. Boudanger Fe.

RAYMUNDI VIEUSSENS

DOCTORIS MEDICI MONSPELIENSIS

NEVROGRAPHIA UNIVERSALIS.

HOC EST,

OMNIUM CORPORIS HUMANI NERVORUM,

simul & cerebri, medullæque spinalis

DESCRIPTIO ANATOMICA,

EAQUE INTEGRA ET ACCURATA, VARIIS Iconibus fideliter & ad vivum delineatis, æréque incisis illustrata;

CUM IPSORUM ACTIONE ET USU,

Physico discursu explicatis.

EDITIO NOVA.

LUGDUNI,

Apud JOANNEM CERTE, in vico Mercatorio, sub signo Trinitatis.

M. DC. LXXXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

ECOLE DE SANTÉ DE PARIS. 14 FRIMAIRE AN III.
ΠΑΙΔΟΚΡΑΤΗΣ.
BIBLIOTH CHIR

©BIU Santé

EMINENTISSIMO PRINCIPI

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI PETRO DE BONSY,

ARCHIEPISCOPO,

ET PRIMATI NARBONENSI,

Comitiorum Generalium Occitaniæ Præsidi nato, necnon Reginæ magno Eleemosynario.

SOLENT, qui longè peregrinantur, EMINENTISSIME CARDINALIS, in patriam demum reduces, decursarum à se regionum situm, temperiem, moresque libenter describere; túmque maximè præteriti laboris fructum capiunt suavissimum, cùm quæ narrant, vident à viris præstantibus cum voluptate audiri. Lustravi egò per decennium curiositate penè religiosâ cerebrum humanum, partem

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 10 sur 315

©BIU Santé

corporis noſtri, ut dignitate & excellentiâ, ità officiis & facultatibus omnium primam. Aures quæro quibus loquar, & oculos quibus ſubjiciam, quæ tam diutinâ inveſtigatione conquiſivi; quid autem mihi accidere poteſt optatius, quid jucundius, EMINENTISSIME CARDINALIS, quàm ſi me, confecto jam curſu, admittas apud Te cupidus ſciendi ex novo illo Orbe, quid novi feram? Illud quidem non dubito profiteri, quæ à me obſervata ſunt, ejuſmodi eſſe, ut Tibi placere debeant. Nam cùm in hoc Opere meo, quod Nomini tuo ſacrum volui, mirabile cerebri textum, ejúſque utilitates varias perſpicies, quî fieri poteſt, ut ipſe non placeas Tibi, in quo illud intelligentiæ, & conſilij organum adeò perfectum finxit ſolers Natura, ut quæ genios etiam non vulgares aut magnitudine onerant, aut multitudine obruunt negotia tum Eccleſiaſtica, tum Politica, Tibi ludicra quædam exercitatio ſint, minúſque laboris & tædij pariant, quàm voluptatis. Et verò quantum valeas parte iſta principe & directrice cæterarum non ſolùm meminêre Florentini, Veneti, Poloni, Hiſpani, apud quos difficillimis Legationibus, ad Galliæ gloriam ſuſceptis, tam facilè, quàm proſperè functus es: ſed etiam experiuntur quotidi

©BIU Santé

tidie Occitani, qui Te jure quodam ſibi proprium vendicant, & experientur deinceps annis pluribus, ſi quod juſtis eorum votis non negabit Deus, ea contingat tam beato capiti diuturnitas, quæ raris & abſolutis operibus debetur. Neque immeritò Tibi annos tantùm precamur, EMINENTISSIME CARDINALIS, quoniam cætera bona aut ipſe propriâ ſapientiâ, & virtute paras, ut famam apud homines, amicitias Magnatum, populorum ſtudia, quódque induſtriæ ſummæ eſt, Regis omnium maximi gratiam; aut tribuit tibi Natura, ut ſanguinis claritatem, eximiáſque animi & corporis dotes; aut vera meritorum æſtimatrix æquitas reddit, ut opes, commoda, titulos, inſignia, eámque dignitatem, à qua ad primum Chriſtiani Orbis ſolium proximè aſcenditur. Vive igitur diù, & bene Vale, EMINENTISSIME CARDINALIS. Quid enim majus vovere Medicus poteſt? quantò erit vita longior, & firmior valetudo, tantò plura nobis relinques monumenta ſapientiæ tuæ, tantò erit felicior hæc tota Provincia, in qua, tu Te tanquam

bene

©BIU Santé

beneficum quemdam Genium ament ac venerentur ſinguli, nemo tamen impenſiùs quàm ego

Eminentiæ tuæ

Humillimus & obſequentiſſimus ſervus,
VIEUSSENS.

LECTORI

©BIU Santé

LECTORI.

EX quo tempore Medici munus in Noſocomio Monſpelienſi obire cœpi (Lector Benevole) nihil magis mihi in votis fuit, quàm ut aſſiduis cadaverum humanorum, quorum mihi copia fiebat, ſectionibus, internorum corporis affectuum cauſas indagarem; cúmque, pro data occaſione, variis partibus, quantum per tempus licebat, cultellum anatomicum admoverem, ut eas accuratè perſcrutarer, multa ſcitu digniſſima mihi patefecit decem annorum labor improbus: Et quoniam nervos plures ad cutem, quàm verſus muſculos, aliáſque partes deferri obſervaveram, neque de ipſis quicquam ab auctoribus, imò nec ab ipſo Vvilliſio, qui hanc materiam penitùs exhauſiſſe videbatur, dictum fuiſſe jamdudùm adverteram, ea ſubiit animum cogitatio, ut Nevrologiæ partem illam, ſi fieri poſſet, excolerem, quam à cæteris Anatomicis ferè intactam fuiſſe cognoſcebam. Neque à ſuſcepto conſilio me abduxit experientiſſimus Diemerbroeckius, qui lib. 8. ſuæ Anatomes cap. 7. exactam nervorum cutaneorum deſcriptionem dare impoſſibile arbitratur; licèt enim arduum, miréque implexum opus eſſet, illud tamen conſtanti exercitatione, atque meditatione, ad optatum finem me perducturum ſemper ſperavi: Et reverà ſuſceptum illud, ſi non omninò facilè, planúmque, certè non inſuperabile expertus ſum; verſata námque toties & toties cadavera, cutaneorum, quos quærebam, nervorum diſtributionem tandem exhibuerunt. Cæterùm cùm in luſtrandis ejuſmodi nervis operam ponerem, non potui, quin varias eorum propagines, è truncis radicibúſque, methodica, ut par eſt, ſectione deducerem, atque ex occaſione varia, quæ à variis dicta ſunt de cerebro, nerviſque internarum partium, ad examen revocarem. Hinc factum eſt, ut plura ſeſe mihi objecerint, tam circa cerebrum, quàm

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 14 sur 315

©BIU Santé

circa medullam ſpinalem, nervóſque corporis univerſos, quæ à nemine antehac obſervata fuiſſe putem; adeóque mirum cuiquam videri non debet, quod cutaneorum nervorum deſcriptioni exactam cerebri, medullæ ſpinalis, & reliquorum corporis nervorum hiſtoriam adjunxerim, ut ut pars illa à clariſſimo Villiſio accuratè exculta fuerit; etenim ut immenſum naturæ gremium eſt, plura mihi labor aſſiduus nominatis in partibus conſpicienda dedit, quæ aliqualem morborum diagnoſi facem accendere poſſint, quæque Medicum Orbem celare, ingenuo viro planè indignum exiſtimem. Imò cùm, cerebro, & cordi, nervorum, & arteriarum interventu, tanta intercedat neceſſitudo, ut muniorum unius exercitium ab exercitio muniorum alterius pendeat; non multùm à propoſito alienum fore duxi, ut quædam de motu cordis, & arteriarum obiter dicerem.

Habes itaque hoc in Opere (Lector Benevole) eorum, quæ obſervavi, figuras exactiſſimas naturali magnitudini reſpondentes: Priores ſeptemdecim ſingulas cerebri humani partes ità exprimunt, ut in repetitis, ac diverſis illius ſectionibus pauca intacta fuiſſe credas: reliquarum aliæ nervos oculorum, aliæ utrumque nervum intercoſtalem, ſimul & nervorum par octavum, aliæ varias ſpinalis medullæ facies, aliæ vaſa ſpinalem eamdem medullam irrigantia, aliæ verò ſingulos nervos ab ipſa oriundos, juxta ſitus, divaricationes, inoſculationes, magnitudines, & proportiones naturales delineatos repræſentant: Et quoniam in minutiarum Anatomicarum diſquiſitione ſæpè fit, ut præconcepta opinio, vel temerarium judicium in errorem, etiam oculatiſſimos inducat; Veritus ne fortè quodam præjudicio laborans, in ejuſmodi rebus, quæ oculorum aciem ferè fugiunt, hallucinatus eſſem, ut diſcerem, ſi fieri poſſet, nùm me in cerebro, medulla ſpinali, & nervis ſecandis, ac inſpiciendis fefelliſſet viſus, Illuſtriſſimum Virum D. CHICOGNEAU Regis Conſiliarium, in Academia Medicorum Monſpelienſium Profeſſorem Regium, Anatomicum, Botanicum, Cancellarium ampliſſimum, & Judicem æquiſſimum rogavi, ut, quæ ſingularis eſt ejus humanitas, delineationes meas expendere vellet; quod cùm lubenter conceſſiſſet, plures coram ipſo cadaverum humanorum ſectiones inſtitui, ut figuras

©BIU Santé

figuras omnes ad prototypum conferre posset, viderétque nùm error aliquis, per meam, vel Pictoris incuriam, illapsus fuisset: vidit ergo, prototypo contulit, & probavit singulas, quas tibi subjicio figuras.

Cæterùm valde mihi gratulor (Lector Benevole) de testimonio tanti Viri, eóque imprimis nomine, quòd pro felici, assiduáque jam à triginta annis, tùm in praxi, tùm in rebus Anatomicis exercitatione, vix fallere, aut falli possit. Atque hæc sunt, quæ in limine te monitum velim, enixè rogans, ut, si quod, hoc in Opere erratum deprehenderis, illud liberè reprehendas. Vale.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 16 sur 315

©BIU Santé

AD VIOSANUM IN ACADEMIA Monſpelienſi Doctorem Medicum, & novum cerebri humani Deſcriptorem.

ODE.

IGNOTA priſcis littora navibus,
Orbíſque tractus antè reconditos
Audax penetravit Columbus,
Per ſcopulos pelagíque Syrtes.

Et comparavit Nauta ſibi decus
Ingens eundo. Condidit inclytum
Europa faſtis nomen, omni
Tempore quod recolant Nepotes.

Speras futurum quid Tibi præmij?
Mundum minorem circumeas licèt.
Quâ Te putas dignum corona?
Cùm cerebrum Vioſane luſtras.

Cùm profluentes hac ab origine
Per membra nervos lumine Lynceo
Diſtinguis, obſervásque fibras
Nunquam oculis Veterum repertas.

Vitale textum Dædala flexibus
Natura cæcis implicuit. Latent
Hîc mille Mæandri, viæque,
Error ubi, facilíſque lapſus.

At tu nec erras, nec pede lubrico
Offendis uſquam. Singula perſpicax.
Sub nocte cernis, pérque denſas
Is tenebras Speculator acer.

Sagax eodem tramite Vvillius
Quondam præivit non ſine gloria.
Felix viator, quem per ævum
Fama memor populis loquetur!

Atqui tamen nos plura redux doces.
Rimatus omnes qui cerebri ſinus

Omnes

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 17 sur 315

©BIU Santé

Omnes latebras, ſepta, ductus,
Oſtia, relligioſus index

Monſtras volenti ſcire quid hoſpita
Mens moliatur Palladis indomo?
Quos imperet motus ab alto?
Corpus agens variáſque partes.

Haud Te laboris pœniteat Tui.
Denos per annos eruis intimas
Venas cerebri, ſed perennem
Eruis hinc Vioſane *vitam.*

F. Du Pont, Societatis Jesu.

EXPERIENTISSIMO ANATOMICO
D. D. Raymundo Vieussens.

Mysticus eſt ſenſus, Sapientia ſumma Poëta,
Nata Jovis cerebro dum Pallas fingitur ipſi.
Arx ea divinæ dextrè reſerata Minervæ,
Nervoſi generis ſeries deſcripta patenter
Detegit ingenij nervum, cerebrúmque peritum
Auctoris celebri cantandi laude per Orbem.

Emanuël Konig Phil. & Med. Baſil. S. R. I.
Academ. Natur. Curioſ. Avicenna.

CELEBERRIMO ANATOMICO
D. D. Raymundo Vieussens.

Auri dira Fames & habendi plura cupido
Intima nos terræ rumpere claustra facit.
Quærimus innumeris Naturæ ſumptibus antra,
Et loca rimamur quâ via nulla patet.
Aurum eſt in pretio: magnóſque vel una labores
Compenſat fauſto vena reperta die.
Sunt pauci, ſe noſſe ipſos quos incitat ardor,
Quóſque ſui ſtimulat cognitionis amor.
Felix, qui proprij penetralia pectoris intrat,
Et qualis ſibi ſit machina, noſſe cupit.
Illa tuis ſteterat ſententia fixa medullis,
Cùm docti ſereres ſtamen, Amice, libri

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 18 sur 315

©BIU Santé

Mens erat humanos ſcrutari exactiùs artus,
Queíſque ſit interius fabrica ſtructa modis,
Annuerat Natura favens abſtruſáque monſtrans.
Te voluit cultro dexteriore frui.
Diſcimus ex claro tot quondam ignota libello,
Inſciáque antiquis hîc reſerata patent.
Hîc legitur Spinæ qualis Natura, ſinúſque
Quot cerebri moles ingenioſa fovet.
Siſtitur hic verâ deductus origine nervus,
Quáque ſuum præſtat Machina lege motum
Clarius haud cordis patuit ſtructura, ſitúſque,
Et labyrintheis inditus Ordo Fibris.
Non ſculptas referam fulgenti ex ære figuras,
Quas vivis pariles Cynthius ipſe probat.
Difficile eſt paucis exponere ſingula metris,
Námque ſuâ quævis pagina luce nitet.
Non Divinatrix hoc Virgula prolicit Aurum:
Hæc ſtudij, hæc magni cuncta laboris erant.
Artificem teſtatur Opus, ſuboleſque parente
Digna ſuo ingenij tollis ad aſtra decus.
Fallor an externas implent nova dogmata terras,
Auctoríſque ſui Nomen ubique canunt?
An meritas Doctos video decernere laudes,
Quòd tam clara tibi lux Medicina, micet.

Hæc in meriti honoris & amicitiæ perpetuæ monumentum
Monſpelij relinquere voluit, Italiam aditurus

ERNESTUS GOTTFRIED HEYSE,
Dantiſcanus Phil. & Med. D.

HUJUS NEVROGRAPHIÆ UNIVERSALIS
Auctori oculatiſſimo

ANAGRAMMA.

REMUNDUS VIEUSSENS:
SENSUS VERE DIVUS.

TU VETUS *es* SENSUS *patrio cognomine*, VERE
DIVUS *eris* SENSUS, *Turba Togata refert.*
In te mutantur ſortes, Vir Maxime; Quid tum?
Impar Terra Polo viribus eſſe decet.

PHILIBERTUS BRUN,
Matiſconenſis Doct. Med.

INDEX

©BIU Santé

INDEX
LIBRORUM ET CAPITUM
in hoc Opere Anatomico contentorum.

LIBER PRIMUS.
De Cerebro.

CAP. I. DE generatione, & diviſione cerebri. Pag. 1
II. De craſſâ, ſive durâ meninge. 3
III. De vario craſſæ meningis uſu. 12
IV. Digreſſio de motu cordis, & arteriarum. 17
V. De pia meninge. 29
VI. De arteriis utramque meningem, & cerebrum irrigantibus. 30
VII. De rete mirabili. 44
VIII. De infundibulo. 48
IX. De glandulâ pituitariâ. 51
X. De diſtinctis duabus cerebri ſubſtantiis. 54
XI. De cerebro ſtrictè ſumpto. 56
XII. De cerebello. 73
XIII. De medullâ oblongatâ. 81
XIV. De cerebri muniis in genere. 93
XV. De natura, & neceſſitate ſpiritûs animalis, in quo de ſucco nervoſo diſſeritur. 94
XVI. Digreſſio de capitis aquoſis ductibus, & emiſſariis. 97
XVII. De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroïdum. 108
XVIII. De materia ſpiritus animalis, de loco, & vera productionis illius ratione. 112
XIX. De diſpenſatione ſpiritûs animalis, in quo diſtinctæ viæ, quas intra cerebrum inire ſolet, oſtenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur. 114
XX. De differentiis motuum, qui ſpiritûs animalis ope peraguntur, in quo diſtincti ipſius fontes explicantur. 119
XXI. De Facultatibus animalibus, ac primò de ſenſibus externis. 125
XXII. De ſenſibus internis, ac primo de imaginatione. 128
XXIII. De ſenſu communi & memoria. 134
XXIV. De judicio & ratione. 137

LIBER SECUNDUS.
De Medulla ſpinali.

CAP. I. DE membranis ſpinalem medullam circumveſtientibus, in quo munia ipſarum explicantur. Pag. 139
II. De vaſis ſpinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis. 145
III. De medulla ſpinali, ejúſque muniis. 151

LIBER

©BIU Santé

LIBER TERTIUS.

De Nervis.

CAP. I. *De nervis in genere, eorúmque muniis.* Pag. 157

II. *De prioribus quatuor nervorum conjugationibus intra cranium oriundis, in quo primùm interna baſeos calvariæ foramina deſcribuntur.* 162

III. *De quinta, ſexta, ac ſeptima nervorum conjugatione.* 168

IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis, in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij Williſij deſcribuntur.* 179

V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.* 188

VI. *De nona & decima conjugatione nervorum, qui à cerebro prodeunt.* 211

VII. *De nervis ſpinalibus.* 213

VIII. *De ſenſu tactûs.* 242

IX. *De ratione motûs muſcularis.* 243

EXTRAIT DU PRIVILEGE DU ROY.

PAR grace & Privilege du Roy donné à Paris le 30. Septembre 1682. ſigné par le Roy en ſon Conſeil Junquieres, il eſt permis à nôtre amé RAYMOND VIEUSSENS Docteur en Medecine de la Faculté de Montpellier, de faire imprimer, vendre & debiter un Livre intitulé *Nevrographia Univerſalis, &c.* pendant le temps de ſix années conſecutives, à commencer du jour qu'il ſera achevé d'imprimer; Avec défences à tous autres de le contrefaire ſur peine de trois mille livres d'amende, & autres peines, ainſi qu'il eſt plus amplement porté par ledit Privilege.

Regiſtré ſur le livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris le 4. Novembre 1682. ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conſeil Privé du Roy du 27. Fevrier 1665. à la charge que ledit Livre ſera debité par les mains d'un Libraire, ou Imprimeur, ſuivant les Reglemens.

Achevé d'imprimer le premier Aouſt 1684.

Ledit Sieur Vieuſſens a cedé ſon droit de Privilege à Jean Certe Libraire à Lyon, ſuivant l'accord fait entr'eux.

NEVROGRA

© BIU Santé

NEVROGRAPHIA VNIVERSALIS.

HOC EST,

OMNIUM CORPORIS HUMANI NERVORUM, simul & Cerebri, Medullæque spinalis descriptio Anatomica.

LIBER PRIMVS.

De Cerebro.

PROOEMIVM.

SINGULARUM *Corporis humani partium cognitio jucundissima quidem, & ad morbos sanandos summè necessaria est; attamen reliquis Anatomiæ partibus ea præstare videtur, quæ Cerebri, Medullæ spinalis, nervorúmque structuram exponit, tum quòd Cerebrum præcipuum animæ domicilium habeatur, quod Philosophus, quodam sine dedecore, prorsùs ignorare non potest, tum quòd ex ipso Cerebro, & Medulla spinali manantis, & per nervos delati spiritus animalis influxu reliquæ partes sentiant, atque regantur; ac propterea cùm frequenti cadaverum humanorum sectione, partium illarum descriptionem nondum satis accuratè traditam fuisse didicerimus, aliam paulò accuratiorem, nî fallimur, quàm dilucidè fieri potuit, in lucem edere, & figuris exactissimis illustrare visum est, ut, qui cadavera humana fastidiunt, è sola ipsarum inspectione fructum quemdam percipiant, reliqui verò ipsis, suis in sectionibus, adjuventur.*

CAPVT PRIMVM.

De generatione & divisione Cerebri.

CIrca primam cerebri formationem immorari non est animus; quapropter dixisse tantùm sufficiat, Deum Optimũ Maximum, dum primos parentes nostros effinxit, non sanguinem tantùm, sed è Cerebri generatio.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 22 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De generatione & divisione Cerebri.*

sanguine manans semen ipsum, licèt sensibus perhomogeneum appareat, heterogeneis, ac insensilibus totidem particulis constare voluisse, quot diversæ, & sensiles essent in corpore humano partes; adeò ut cordi, cerebro, & aliis jam formati corporis partibus analogas particulas semini inesse, imò & in ipso totum corpus delitescere, jure dixeris. Generatur itaque cerebrum, seu amisso liquidi corporis statu, concrescit, & duriusculam in molem abit, dum videlicet in muliebri semine, aut ovo, uti Neotericis quibusdam placet, in uteri cavitatem illapso, & congressûs ope, à prolifico virilis seminis spiritu penetrato, intestina excitatur fermentatio, per quam singulæ ipsius particulæ certam, pro molis, substantiæ modi, & figuræ ratione, motûs quantitatem suscipiunt, vi cujus ipsarum aliæ ab aliis sensim secedunt, & ità ab invicem extricantur, ut unaquæque legibus motûs à primo rerum omnium Motore sibi inditi obtemperans, analogas sibi particulas, non quatenùs intelligit, sed quatenùs à summa dirigitur Intelligentia, investiget, & nullo superveniente impedimento, ad eas infallibiliter moveatur. Inde fit tandem, ut, ubi singulæ ad proprium inditi sibi motûs terminum pervenerunt, vel invicem uniantur, vel juxta-ponantur, & ex ipsis hujusce unionis, vel juxta-positionis ope, cerebrum cum aliis partibus, uno verbo, corpus integrum efformetur, nisi interna, vel externa quapiam à causa illius generatio aut impediatur, aut labe quadam inficiatur. Hæc obiter de cerebri, & reliquarum corporis partium formatione dicta sunto; etenim, cùm sigillatim ostendi minimè possit, quomodo quælibet particula locum suum ità determinatè occupet, ut ordo naturæ rarissimè perturbari videatur, hujusmodi mysteria, quippe quæ nullis verbis explicari posse ducimus, altiùs penetrare non conabimur. His igitur omissis, ad rem revertamur.

Generalis Cerebri divisio.

Dividitur cerebrum lato modo sumptum in partes externas, & internas: externæ sunt eæ, quæ in sectione oculis primùm subjiciuntur, capilli nempè, cuticula, cutis, paucus adeps, panniculus carnosus, musculi quidam, membrana pericranium dicta, & calvaria: internæ sunt illæ, quæ calvariâ, exteriore veluti aggere obducuntur, cujusmodi sunt utraque meninx, canales venosi in crassæ meningis sinus desinentes, infundibulum, glandula pituitaria, arteriarum vertebralium, & carotidum propagines quædam, distinctæ substantiæ duæ, cinerea scilicet, & alba, quæ simul unitæ, & complicatæ nonnihil mollem

©BIU Santé

lem hanc corpoream molem conſtituunt, quæ intra calvariam animantium reconditur, & cerebri nomine propriè intelligitur; intra quod glandula pinealis, & plexus tres choroides reperiuntur.

CAPVT II.

De craſſa, ſive dura meninge, in quo dicendorum ordo imprimis exponitur.

CAP. II. *De craſſa, ſive dura meninge.*

CUm in ſcribendo, non veritati tantùm, ſed & brevitati ſtudeamus, externas cerebri partes, utpotè non nemini notas, hîc omittemus, ut in accurata internarum deſcriptione totum ſtudium, operámque totam ponamus; & ne quid inviſum ac intactum relinquatur, internas nobilis iſtius viſceris partes, ſingulatim, eo, quo, primùm in conſpectum veniunt, ordine, favente Deo Optimo, Maximo, deſcribemus.

Quid dura mater.

In perluſtrando cerebro, ſecretis exterioribus illius velamentis, & reſectâ in orbem, necnon ſepoſitâ calvariâ, oculis primò ſubjicitur dura mater, ſeu craſſa meninx, quæ ſpermatica pars eſt, duabus arctiſſimè ſibi cohærentibus membranis conſtans, & cerebrum, interioris adinſtar propugnaculi, undequaque obvallans: hæc calvariæ, juxta ſuturas, coronariam, ſagittalem, & lambdoideam, imò & toti illius baſi adeò firmiter adhæret, ut vix ab illa ſeparari queat; alibi tamen, videlicet circa oſſa bregmatis, ſecundum naturam non cohæret. Subalbicans iſta membrana exteriùs aſperior, interiùs verò lævior, quadantenùs ſphærico ambitu, ſubditas amplectitur partes. Fibræ, quibus conſtant, duæ craſſæ meningis membranæ, ſibi arctiſſimè cohærentes, ſeſe obliquè interſecant; ſiquidem externæ ab anterioribus ad poſteriora, internæ verò à poſterioribus ad anteriora, obliquo ductu porriguntur, & utræque hemicycli figuram quodammodò æmulantur, uti clarè percipitur, dum ſuperna craſſæ meningis pars in aqua leviter tantùm excoquitur; etenim per levem coctionem fibrarum, quibus conſtat, textura maximè perſpicua fit, ipſæque ab invicem ſecerni poſſunt.

Craſſa meninx à nervis è cerebro prodeuntibus, ac præſertim à quinto pari nerveas plures accipit propagines, eámque ſubeunt

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 24 sur 315

©BIU Santé

Cap. II. *De crassa, sive dura meninge.*

venosis comitati vasis arteriarum carotidum, & vertebralium rami, qui multifariam divisi, utrobique, rivulorum adinstar irrigant. Vide Tabulam I.

Illud circa propagationem arteriarum crassam meningem irrigantium notandum occurrit; nimirum quòd propaginum, ipsarum, aliæ cum aliis coëunt, aliæ è calvaria, juxta latera futuræ sagittalis emergunt, & exterioribus illius integumentis sanguinis aliquid affundunt, aliæ durâ matre perforatâ, piam meningem attingunt, & in ipsam inseruntur, aliæ verò in sinum longitudinalem immediatè desinunt, & sanguinem in cavitatem illius exonerant. Quod eo comprobatur experimento, quod die septima mensis Februarij anni 1681. fecimus coram Viro Clarissimo D. Barbeyrac Doctore Medico experientissimo, & coram D. D. Pau, Regis, VVitham, Rovve, & Chirac, Doctoribus Medicis meritissimis; aperto scilicet, per superiora, longitudinali ipso sinu, & utraque carotide, circa mediam cervicem, filo circumligata, liquoris viridi colore infecti, & nonnihil tepefacti in cavitatem carotidis dextræ, quantam potuimus copiam siphunculo immisimus; túncque quamplurimas arteriarum crassam meningem irrigantium propagines quæ immisso in cavitates ipsarum liquore turgebant, in sinus longitudinalis latera immediatè inserti, & simul affatim illabentem in alveum illius liquorem, qui priùs dextram in carotidem immissus fuerat, ad ipsum immediatè per arterias devehi, astantium quilibet percepit. Res pariter eadem luce clarior fit, si seta minor in majusculas quasdam arteriarum crassæ meningis propagines indatur; siquidem ea in sinus longitudinalis cavitatem manu facilè protruditur. Nec arteriarum tantùm, sed etiam venarum, quæ arterias crassam meningem irrigantes comitantur, ramuli quidam sinus longitudinalis cavitati, exiguis osculis, inhiant, quod quivis facilè detegere poterit, si setam minorem in ipsas indat, & falcem versus manu pellat.

TABVLA I.

Cerebrum humanum crassâ meninge obductum repræsentat.

A. A *Cerebrum crassâ meninge obductum.*

B. *Pars posterior cerebelli crassâ meninge obducti.*

C. *Sinus*

©BIU Santé


Tabula I
folio . 4.
K
K
K
K
A
A
C
a
a
a
a
a
a
D
D
E
F
F
G
G
I
H
H
B
K
K
K
K
Beaudeau sculpsit Monsp.

©BIU Santé



C. *Sinus longitudinalis apertus, in quo puncta nigricantia majora, oſcula vaſorum exhibent, quæ ſanguinem è pia meninge, & cerebro revehunt, puncta verò nigricantia minora ad utrumque limbum poſita, oſcula quædam repræſentant tùm venarum, tùm arteriarum, quæ craſſam meningem irrigant.*

a.a.a.a.&c. *Membranoſi proceſſus tranſverſim poſiti.*

D.D. *Sinus duo laterales aperti, in quibus puncta nigricantia oſcula vaſorum deſignant, quæ ſanguinem è cerebro, & cerebello revehunt, literæ verò a. a. membranoſos proceſſus duos indicant.*

E. *Quarti ſinus orificium, ſimúlque locum oſtendit in quo torcular vulgò ſtatuitur.*

F.F. *Eæ ſinuum lateralium exſectæ partes, quæ in binas quaſi ſpecus G. G. oſſeâ foveâ contentas, in venas vertebrales, & in jugulares internas deſinunt.*

* *Venæ vertebrales è ſinibus lateralibus emergentes, abſciſſæ.*

H.H. *Venæ jugulares internæ, abſciſſæ.*

I. I. *Sinus duo inferiores ſellæ equinæ adjacentes, abſciſſi, qui in homine in venas jugulares internas abeunt.*

K.K.K.&c. *Arteriæ craſſam meningem irrigantes, quarum propagines aliquæ in ſinum longitudinalem aperiuntur.*

Craſſa eadem meninx è regione futurarum, ſagittalis, & lambdoideæ duplicata in binos, eóſque craſſos abit proceſſus, quorum unus, figuræ quadam æmulatione, *falx* nuncupatus, utrumque cerebri hemiſphærium, à parte convexa, ad calloſum uſque corpus, ab invicem ſegregat, & à media occipitis parte ad anticam uſque ſincipitis regionem interiùs porrigitur, ibíque apophyſi criſtæ galli nomine donatæ arctiſſimè affixus inſpicitur: alter verò inter cerebrum & cerebellum ſe ſe altè inſinuans, totámque ambitu ſuo cerebelli partem ſupernam, ipſíque cerebro ſubjectam amplexus, poſticum utriuſque hemiſphærij cerebri limbum à cerebello ſecernit, iſtiúſque limites definit; hic autem proceſſus validis & nonnihil tranſverſis fibris conſtans, falce multò craſſior eſt, adeò ut duram matrem quadruplicari dixeris, ubi cerebrum à cerebello diſtinguit. Vide Tabulam VII.

Cæterùm, gemini proceſſus ſuprà memorati quatuor intra ſe inſculptos canales recondunt, qui vulgò *ſinus* dicuntur: horum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 28 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De crassa, sive dura meninge.*

primus VVillisio, & aliis tertius, longitudinalis nuncupatur, & convexæ necnon mediæ cerebri parti adjacens, ab apophysi crista galli, ubi semper impervius, ad occipitis regionem protenditur, ac in parte cerebri merè postica, paulò quàm alibi latior factus, & quasi bifidus, in duos abit sinus laterales, licèt non rarò totus, in alterutrum tantùm desinere videatur.

Sinus longitudinalis multa peculiaria præ cæteris à natura obtinuit; illius enim cavitas præterquam quod ligamentis quibusdam ex transverso positis instructa est, pluribus membranosis processibus distinctos in anfractus abeuntibus constat, quod aliis in sinibus, de quibus jamjam acturi sumus minimè, observatur. Vide Tabulam I. hic, ubi in sinus laterales abit, insignem habet crassitiem, ibíque solùm carneis quampluribus fibris intertextus apparet, quæ à posterioribus ad anteriora nonnihil obliquè tendendo, in utrumque ipsius latus interiùs inseruntur; præterea laterales illius partes quamplurimis fibris ligamentosis, per fasciculos dispositis, & sese cruciatim intersecantibus exteriùs instructæ sunt: istarúmque fibrarum aliæ à falce, & aliæ à crassa meninge in falcem abitura proficisci videntur.

Sinus duo laterales, in quibus transversa, ac membranosa quædam ligamenta reperiuntur, & quibus minores duo aliquando subjacent, dextrorsùm, & sinistrorsùm per occipitis latera cerebello superponuntur, ipsíque deinceps subjiciuntur, ubi scilicet ductu, flexuoso rotundas in specus abeunt, quæ in homine partim in venas vertebrales, & partim in jugulares internas desinunt. Vide Tabulas I. & IV. & Tabulæ XVIII. figuram I.

Quartus sinus, qui sanguinem è penitioribus cerebri partibus revehit, & cujus orificium hac in parte conspicitur, in qua sinus longitudinales in laterales abit quintum excipit sinum, (Vide tabulam VII.) qui infimam falcis regionem occupat, dummodò non desideretur, uti aliquando contingit.

Præter quinque superiùs recensitos sinus, quatuor alij (cerebro è calvaria exempto) in ea duræ matris parte deteguntur, quæ cranij basi insternitur: ipsos, habitâ sitûs ratione, quatuor sellæ equinæ adjacentes sinus nominamus; eorum autem duo sunt superiores & minores, & duo inferiores ac majores: illi, quorum vestigia petrosis ossibus, supra foramina, quæ septimum nervorum par subit, utplurimùm leviter insculpta cernuntur, ex ea parte, quâ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 29 sur 315

©BIU Santé

quâ ſellam equinam reſpiciunt, receptaculis ſellæ ejuſdem equinæ lateribus appoſitis,& modò deſcribendis inhiant,alterâ verò ex parte,quam imperviam ſemel tantùm reperimus, in ſinus laterales abeunt, ubi ſcilicet ij ad calvariæ baſim deflectunt: iſti verò, quorum veſtigia binis oſſibus, petroſo nempè, & cuneiformi paulò profundiùs inciſa ſunt, ex una parte in prædicta receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita aperiuntur, & ex altera, venas jugulares internas ſubeunt, ubi in eas ſinus ipſi laterales deſinunt, à quibus illi, de quibus nunc agitur, partim oſſeo, & partim membranoſo ſepimento diſtinguntur. Vide Tabulam XVII.

CAP. II. *De craſſa, ſive dura meninge.*

Craſſa meninx, quâ parte calvariæ baſi arctiſſimè adhæret, circum ſellam equinam, quam undiquaque interiùs obducit, ità in ſemetipſam complicatur, ut in duas veluti ſpecus abeat, quas habitâ officij, & ſitûs ipſarum ratione, receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita nuncupamus; bina hujuſmodi receptacula, quibus ſuprà deſcripti ſinus quatuor, maximè conſpicuis oſculis inhiant, eo glandulæ pituitariæ interpoſitu, ab invicem diſtinguuntur, nec tamen ab uno ad alterum aditus omninò intercluditur, cùm ipſorum alterum, tum per ſuperiora, tum per inferiora prædictæ glandulæ pituitariæ, cum altero communicet, uti oculis percipi, & eo comprobari poteſt experimento, quo liquor aliquis in unum è ſinibus inferioribus ſellæ turcicæ adjacentibus protruditur; tunc enim protruſus liquor, etiamſi magnâ ſine vi pellatur, è receptaculo, quod primò ſubiit, ad alterum ſtatim defertur.

In luſtrandis binis receptaculis ſellæ equinæ lateribus appoſitis, craſsâ meninge, quæ ſupernam, & poſticam illorum partem conſtituit, ab anterioribus ad poſteriora ſectâ, & utrinque ad latera reclinatâ, intra cavitates ipſorum rete mirabile Galeni, iis in animantibus in quibus reperitur, anteriores nervorum quintæ conjugationis ramos, unà cum ſuperpoſitis nervis patheticis, oculos versùs exporrectos, arteriarum carotidum obliquè ſurſum aſcendentium, tertij, ſextíque nervorum paris prætereuntes truncos contineri manifeſtè patet. Vide Tabulam XVII. Cæterùm prædictorum receptaculorum cavitates in animalibus, in quibus rete mirabile Galeni amplius eſt, multò majores apparent, quàm in iis in quibus vel deſideratur, vel minus exiſtit.

Ex

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 30 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De crassa, sive dura meninge.*

Ex suprà dictis colligi potest, hanc intra duræ matris partem, quæ calvariæ basi insternitur, præter bina modò descripta receptacula, quatuor semper reconditos esse sinus, unde fit, ut asseramus crassam ejusmodi membranam, octo semper, utplurimum novem, & aliquando undecim donatam esse sinibus; etenim in sectione illius, sinus longitudinalis, sinus duo laterales, sinus quartus, & quatuor sellæ equinæ adjacentes semper reperiuntur; utplurimum reperitur quintus, falcis basim occupans, & aliquando desideratur; utrique sinui laterali minor alter interdum subjicitur, & utplurimum abest, & cùm reperitur, nunquam in venam jugularem internam, sed in sinum lateralem majorem semper desinit.

Singulis in sinibus, quos suprà descripsimus, apertis, permulta, alia nempe majora, & alia minora conspiciuntur foramina, quæ sunt oscula vasorum, quæ refluum ex arteriis cerebrum irrigantibus sanguinem, ad eorum cavitates revehunt, è quibus deinceps internæ, utriusque venæ jugularis, & descendentis venæ cavæ trunci interjectu, ad dextrum cordis ventriculum amandatur; adeò ut venosa omnia vasa, quæ universam cerebri molem ambitu obliquo complectuntur, & è cinerea, ac exteriore illius substantia, innumeris, feréque insensilibus propaginibus emergunt, vel in longitudinalem, laterales, & quintum, vel in quatuor sellæ equinæ adjacentes sinus, hiantibus, maximéque conspicuis osculis aperiantur. Vide Tabulam II. Verùm canaliculi venosi, qui è cinerea ac interiore cerebri substantia, & ex anterioribus illius ventriculis deducuntur, quemadmodum & ij, qui è quarto ejus ventriculo deducti, convexam cerebelli partem conscendunt, uti videre est in Tabula III. quartum versus sinum tendunt, ipsúmque efformant. Demum venosa vasa ex osse sphœnoide emergentia partim binos in sinus inferiores sellæ turcicæ adjacentes, & partim in crassam meningem turcicæ ejusdem sellæ basi instratam, binísque superiùs descriptis receptaculis intermediam, conspicuis, licèt parvis osculis aperiuntur, ac proinde arteriosum sanguinem, quem in interiori, spongiosáque ossis sphœnoidis substantia, resorbent, partim prædictos in sinus, partímve prædicta in receptacula exonerant. Quod eâ comprobatur experientiâ, quâ prædictis tum receptaculis, tum sinibus apertis, intactis retis utriusque mirabilis

©BIU Santé

mirabilis vaſis, & circumligatis, paulò ſupra ſellam turcicam, carotidum truncis, alterutram in carotidem atratus injicitur liquor; tunc enim, glandulâ pituitariâ, circa poſteriora, tenui ſpecillo, nonnihil ſurſum evectâ, & ad anteriora reclinatâ, ex oſculis vaſorum, quæ in craſſam meningem ſellæ turcicæ baſi inſtratam, & in ſinus inferiores ipſi adjacentes deſinunt, injecti liquoris aliquid effluere percipitur, eáque peractâ experientiâ, ſi os cuneiforme findatur, interna eius ſubſtantia, ubi ſcilicet ſpongioſa eſt, atrato liquore nonnihil imbuta ac infecta apparet. Dum iſtud tentatur experimentum, injecti liquoris aliquid tantùm ex interiore oſſis ſphœnoïdis ſubſtantia effluit, quoniam ſanguis intra vaſa, & laxos ſpongioſæ partis illius poros contentus, utpote frigidus, & parumper condenſatus injecti liquoris motui obſiſtit, & ex toto ferè aditum ipſi intercludit, ex quo fit, ut qui injicitur liquor ſenſim, & quaſi guttatim ex interioribus oſſis cuneiformis emittatur; propterea que, antequam ſuprà allatum fiat experimentum, aquæ paululùm calidæ injectionem ſemper præmittendam eſſe monemus, ne illud fruſtrà tentetur.

CAP. II. *De craſſa, ſive dura meninge.*

Unum hîc notatu dignum occurrit, unicam videlicet aliquando, & duas ut plurimùm cavitates oſſeo, tenuíque ſepimento ab invicem diſtinctas ſellæ equinæ calvariæ humanæ ſubjici. Verùm ſellæ equinæ calvariæ vitulinæ, ovinæ, & aliorum animantium, quorum ſectioni operam huc uſque dedimus, ſimiles nullæ cavitates ſubjiciuntur; quapropter in iis, vaſa, quorum oſcula conſpiciuntur in ea duræ matris parte, quæ prædictæ ſellæ equinæ baſi inſternitur, ex interiore, necnon ſpongioſa oſſis ſphœnoïdis ſubſtantia emergere conſtat. Rem autem aliter in homine ſeſe habere autopſia demonſtrat; nam præterquam quòd in media ſella equina calvariæ humanæ (craſſâ meninge exemptâ) pauciora & minora obſervantur foramina, quàm in ſella equina calvariæ vitulinæ, vel ovinæ, vel plurium aliorum animantium, hæc in homine, non ſemper ad ſpongioſam oſſis ſphœnoïdis partem, ſed aliquando binas ad cavitates ſuprà nominatas tendunt, & tunc per ea tranſeunt venoſa quædam exiliſſima vaſa, quæ per membranam prædictarum cavitatum parietibus inſtratam diſſeminantur. Quapropter ſuprà allatum experimentum, quo ſcilicet vaſa, quorum oſcula cernuntur in membrana, quâ mediâ ſella equina obducitur, cana-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 32 sur 315

©BIU Santé

Cap. II. *De crassa, sive dura meninge.*

liculos sanguinem arteriosum revehentes, seu venas esse demonstramus, in cadavere humano sæpè sæpiùs, ne semper dicamus, frustrà tentatur : ligatâ enim utraque carotide, circa mediam cervicem, & paulò supra sellam Turcicam, dum in alterutrius cavitatem tepefactus injicitur liquor, quicquid injecti liquoris eas subit arteriolas, quæ inseruntur in membranam subjectas sellæ turcicæ cavitates interiùs obducentem, has in cavitates illabitur, uti pluries observavimus, & nihil illius venulas subit, quarum oscula in membrana mediæ sellæ equinæ instrata conspiciuntur, propterea quòd in cadavere humano, extincto naturali partium calore constringuntur hujusmodi venulæ, earúmque ostiola subsidunt, & occluduntur. Inde fit, ut dum injecti in alterutram carotidem liquoris portio quædam eas subiit arteriolas, quæ in membranam inseruntur, quam subjectas sellæ turcicæ cavitates interiùs obducere jamjam diximus, ea per hanc membranam diffundatur, & faciliùs prædictas in cavitates illabatur, quàm venularum arteriolis occurrentium ostiola subire possit. Id in vitulo, ove, & aliis animalibus, in quibus hæ desiderantur cavitates, sic contingere nequit, quoniam dum in carotides hujusmodi animantium, circa cervicem, & paulò supra sellam equinam, vinculis strictas aliquis immittitur liquor, cùm ea portio illius, quæ per arteriolas ad spongiosam ossis sphœnoidis partem primùm devehitur, in amplam nullam cavitatem intra os cuneiforme excavatam exonerari possit, propter iteratò injecti liquoris impulsum occurrentium arteriolis venularum cavitates ingredi cogitur, cùm aliorsum facilior nullus ipsi pateat aditus.

Nec tantùm venosa plura vasa, ex iis quæ per internas cerebri partes distribuuntur, sed etiam quædam eorum, quæ per externa illius integumenta disseminantur, in sinum longitudinalem ut plurimùm desinunt, ut die nona mensis Novembris anni 1680. in Nosocomio Monspelienſi coram Viris compluribus spectatissimis observatum est in sectione cadaveris hominis, cui epilepticus insultus mortem intulerat. Etenim dum externa capitis velamenta à calvaria secernebamus, in vertice illius, juxta futuram sagittalem, insigne vas unum venosum nobis in conspectum venit, quod filo circumligavimus, & osse, per quod transibat, diffracto, ad longitudinalem usque sinum deduximus, ipsúmque

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 33 sur 315

©BIU Santé

ipſumque cavitati illius inhiare aſtantium quilibet vidit.

CAP. II. *De craſſa, ſive dura meninge.*

Cæterùm in homine, venæ, quæ ſanguinem arterioſum in ſinum longitudinalem revehunt, ubi in ipſum deſinunt, à poſterioribus ad anteriora tendunt, ſi duas, vel tres excipias, quæ ab anterioribus ad poſteriora inclinatæ, in anticam illius partem inſeruntur. Vide *Tabulam* II. Verùm in animantibus caput pronum gerentibus, venæ omnes ſinum eumdem ſubeuntes, ab anterioribus ad poſteriora vergunt, ut ex ipſo, prædictas per venas revectus ſanguis rectiùs necnon faciliùs ad laterales ſinus tendere poſſit.

TABVLA II.

Cerebrum humanum craſsâ meninge denudatum repræſentat.

A. A. A. A. *Cerebrum craſsâ meninge denudatum, cujus externa ſuperficies inteſtinulorum circumvolutiones refert, & innumeras circa illas decurrentes, tùm arteriarum, tùm venarum propagines exhibet.*

B. B. B. B. *Craſſæ meningis juxta ſinus longitudinalis latera reſciſſæ portiones duæ, ad latera reclinatæ.*

C. C. C. *Sinus longitudinalis in ſuo ſitu naturali per ſuperiora apertus, in quo puncta nigricantia majora oſcula venarum exhibent; quæ ſanguinem è cinerea ſubſtantia exteriore cerebri, & è pia meninge in cavitatem illius revehunt: puncta verò nigricantia minora ad utrumque limbum poſita, quorum numerus hîc paulò major eſt, quàm par ſit; oſcula repræſentant propaginum quarumdam, tùm venarum, tum arteriarum, quæ craſſam meningem irrigant.*

D.D.D.D.&c. *Venæ quæ è cinerea cerebri ſubſtantia exteriore, & è pia meninge ſanguinem in ſinum longitudinalem revehunt, abſciſſæ, quò exterior cerebri ipſius ſuperficies diſtinctiùs conſpiciatur.*

E. E. *Pars poſterior cerebelli craſsâ meninge obducta.*

F. F. *Sinus duo laterales nondum aperti.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 34 sur 315

©BIU Santé

Cap. II. *De crassa, sive dura meninge.*

TABVLA III.

Cerebri & cerebelli humani partes superiores, piâ tantùm meninge obductas, & tùm venis, tùm arteriis majoribus irrigatas exhibet.

A.A.A.A. *Binorum cerebri hemisphæriorum partes superiores.*

B. B. B. B. *Binorum cerebri hemisphæriorum partes, quibus falx interjicitur.*

C. C. *Cerebelli pars superior, cui posteriores cerebri limbi anteà incumbebant.*

D. *Superna corporis callosi pars anterioribus cerebri ventriculis superposita.*

E.E.E.E.&c. *Arteriarum carotidum, & vertebralium propagines, in cerebri superficiem emissæ, quæ hîc paulò crassiores, quàm par sit, repræsentantur.*

F. F. *Arteriarum carotidum propagines duæ, quæ è parte anteriore cerebri, versus posteriora sub falce reflectuntur.*

G.G.G.G.&c. *Venæ, quæ è cerebro, & pia meninge in sinum longitudinalem feruntur, juxta sinum ipsum longitudinalem abscissæ.*

H.H. *Venæ duæ abscissæ, quæ è plexu choroide, qui in quarto cerebri ventriculo reperitur, & è postica necnon superna cerebelli parte, quartum versus sinum tendunt; & ubi in ipsum desinunt, ab anterioribus posteriora versus reflectuntur, ne sanguis, quem in cavitatem illius revehunt, reflui è cerebri interioribus sanguinis motui obsistat.*

I. I. I. I. *Arteriarum vertebralium rami, qui exilibus quibusdam propaginibus, pro plexu choroide, qui quartum cerebri ventriculum occupat, emissis, posticæ, necnon supernæ cerebri parti prospiciunt.*

CAPVT III.

De vario crassæ meningis usu.

Communes crassæ meningis usus.

CRassæ meningis usus explicaturi, eam intra calvariam modò secundum se totam, modò secundum diversas sui partes spectabimus. Varios sanè crassa meninx secundum se totam spectata præstat usus, qui communes dici possunt, ac primò cranium intùs obducit,

©BIU Santé



©BIU Santé



obducit, eíque, per vaſa intrò foras tendentia, nutrimentum ſuppeditat. Secundò totum, piâ meninge intermediâ, cerebrum obtegit, & impedit, ne in percuſſionibus, aliíſve magnis capitis motibus à cranio lædatur: Tertiò calidorum ſanguinis halituum libero nimiùm è calvaria egreſſui obſiſtit, ſpiritúſque animalis effluviis impediendis conducit, ſimúlque efficit, ne à frigore externo cerebrum ipſum lædatur. CAP. III. *De vario craſſæ meningis uſu.*

Privati craſſæ meningis uſus.

Craſſa eadem meninx ſecundum diverſas ſui partes ſpectata, nonnullos pariter uſus præſtat, qui privati nominari poſſunt; hæc enim quatenùs ſuturis, coronariæ, ſagittali, & lambdoïdeæ, membranoſis, quas emittit, fibris, firmiter adhæret, & quatenùs convexæ, atque poſticæ cerebri parti, tum piæ meningis, tum venarum in longitudinalem, & laterales ſinus deſinentium interventu ſtrictè connectitur, magnam & gravem prædicti viſceris molem ſuſpenſam tenet, & impedit, ne illud proprio pondere in ſemetipſum concidat, ne cerebellum comprimat, & excavatos propriam intra ſubſtantiam ventriculos obruat. Verùm ſi ſpectetur, quatenùs alicubi nec cranio, nec cerebro alligatur, hanc duplicem uſum præſtare comperietur; quotiès enim foris intrò pellitur, & convexæ cerebri parti proximè admovetur, fluentis intra vaſa ipſam irrigantia ſanguinis motum juvat, & nonnihil citatiorem reddit, eámque repetitis velut amplexibus blandè comprimendo, à ſanguine ſecretum ſpiritum animalem, ovale verſus centrum, *Tabulâ* VI. repræſentatum, propellit. Vbi verò craſſa hæc membrana calvariæ baſi inſternitur, decem è cerebro prodeuntibus nervorum conjugationibus involucrum, ſeu tunicam præbet, ac prætereà ſingulorum calvariæ ejuſdem foraminum margines obducit, ut tum arteriis cavitatem cranii ſubituris, tum venis, & nervis illius exteriora petituris vias inſtruat.

Explicatis craſſæ meningis uſibus, qui videlicet ipſi ſecundum totam ſuam extenſionem ſpectatæ competunt, & iis, quibus præſtandis apta comparata eſt, vel prout ſupernæ calvariæ parti interiùs annectitur, vel prout illius baſi inſternitur, proceſſuum, ſinuum, & receptaculorum illius, ſellæ equinæ lateribus appoſitorum, ac demum vaſorum, prædictorum tum ſinuum, tum receptaculorum cavitatibus inhiantium uſus explicandi ſunt. Primus autem craſſæ meningis proceſſus *falcis* nomine donatus,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 38 sur 315

©BIU Santé

Cap. III. *De vario craſſæ meningis uſu.*

bina cerebri hemiſphæria ab invicem diſtinguit, & impedit ne ipſorum alterum ab altero comprimatur, dum quis in alterutrum latus recumbit; ſecundus verò præterquam quod cerebrum à cerebello diſcriminat, impedit inſuper ne iſtud ab illo obruatur; unde fit, ut in caro, lethargo, apoplexia, & aliis hujuſmodi affectibus, ubi ſcilicet cerebrum primò ac ſolum afficitur, & à præcipiti humorum affluxu in tumorem aſſurgit, ſpiritus animalis, ſaltem per aliquod tempus, à cerebello partibus capiti ſubjectis ſuppeditari poſſit.

Craſſæ meningis ſinus utpotè cavitate donati, apti comparati ſunt, ut revectum per venas ipſis inhiantes ſanguinem excipiant, quem deinceps partim in venas vertebrales, & partim in jugulares internas exonerant; præterea illius, quem indeſinenter excipiunt, ſanguinis beneficio univerſam cerebri molem blando ubivis perfundunt calore, proindéque duplicis illius ſubſtantiæ poros, intra debitos dilatationis fines continent; ex quo fit, ut ſanguis arterioſus venarum in ſinus ipſos deſinentium oſcula ſubiturus æquabili & motu, & proportione corticem permeet, ut ſpiritus animalis à ſanguine in eodem cerebri cortice faciliùs ſecernatur, & ex ipſo profectus expeditè, & æquabiliter nervorum verſus principia feratur.

Sinus longitudinalis in hoc à cæteris diſcrepat, quod præter ſanguinem per venas in ipſum deſinentes revectum, arterioſi aliquid ſanguinis è propaginibus quibuſdam arteriarum craſſam meningem irrigantium immediatè excipiat, uti capite præcedenti indicavimus. Tranſverſa ligamenta membranacea, quibus longitudinalem, & laterales ſinus, interiùs inſtructos eſſe, ſuperiùs diximus, in primis ſinuum eorumdem latera, intra naturalis intervalli fines retinent: ne ſcilicet à ſanguine vehementer irruente, ſupra modum ab invicem diducantur, adeóque cerebri molem comprimant. Secundò ea, dum unà cum ſinibus, quibus inſunt, ſeſe contrahunt, ſanguinis reductioni conducunt; ipſum enim ſenſim protrudunt, ſicque impediunt, ne diutiùs in cerebro commoratus, debiliorem illius compagem opprimat; anfractus verò, quibus, totidem quaſi mæandrulis, ſinus longitudinalis cavitas diſtincta apparet, motum ſanguinis hunc ad ſinum, communem, tanquam ad alveum vehementiùs confluentis, aliquantulùm reprimunt, ac veluti dirigunt: nè confertim & nimio cum impetu irruens, vorticoſo

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 39 sur 315

ticoſo & inordinato fluxu, hoc ſubeat pelagus. Iidem, de quibus nunc agitur, anfractus, utpote qui hiatibus capitis poſteriora reſpicientibus donantur, valvularum vices quodammodo gerunt; illi námque impediunt, ne tum in homine, tum in animantibus, caput pronum gerentibus, ſanguis ad cerebri anteriora feratur. Quod ſpectat ad fibras ligamentoſas, cruciatim ſeſe interſecantes, quibus prædictus longitudinalis ſinus, exteriùs inſtructus eſt, eæ, vim illius elaſticam validiorem reddunt; dum ſcilicet à ſanguine, quem excipit, dilatatur, & impediunt, ne ſanguis copioſiùs & velociùs, quàm par ſit, cavitatem ejus ſubiens, illius latera nimiùm diſtendat. CAP. III. *De vario craſſæ meningis uſu.*

Demum ſinus longitudinalis, quatenùs ferè arteriarum more pulſat, ut inferiùs demonſtratum iri ſperamus, imò & laterales, quatenùs ſcilicet, quadam veluti conſecutione motus longitudinalis ipſius ſinus, dilatantur & contrahuntur, naturali quo cientur motu, cerebri exteriora blandè comprimunt, proindéque ſpiritum animalem, in cortice illius productum, principia verſus nervorum aliquatenùs propellunt.

Adjacentes quatuor ſellæ Turcicæ ſinus, quemadmodum longitudinalis, & duo laterales, peculiaria ſua præſtant munia; ſiquidem ii, præter ſanguinem, per inhiantes cavitatibus ipſorum venas, delatum, depluentem è cerebro aquoſum quendam humorem intercipiunt, uti paulò inferiùs explicabitur, eúmque ad venas jugulares internas amandant.

Receptacula duo, ſellæ equinæ lateribus appoſita, quemadmodum prædicti ſinus, ſanguini excipiendo dicata ſunt; hæc enim ſanguinem immediatè excipiunt, qui ex interiore oſſis cuneiformis ſubſtantiâ revehitur; nec ſanguinem tantùm, ſed etiam, ciſternarum more, aquoſum laticem è cerebro, per infundibulum & glandulam pituitariam, in cavitates ipſorum delabentem admittunt. Hic latex exinde unà cum ſanguine, quocum permiſcetur, adjacentium quatuor ſellæ turcicæ ſinuum interjectu, ad venas jugulares internas amandatur. Præterea, bina ejuſmodi receptacula impediunt, ne partes quas ambitu ſuo complectuntur, vicinis à partibus lædantur; arteriæ námque carotides, ſicuti præcedenti capite obſervavimus, eorum cavitates permeant, ibíque in ſemetipſas nonnihil inflexæ, ſub dura matre reconduntur, ne à cerebro comprimantur, & excurrentis intra ipſas ſanguinis influxus

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 40 sur 315

©BIU Santé

Cap. III. *De vario craſſæ meningis uſu.*

influxus præpediatur. In iis etiam, quibuſdam in animantibus utrumque latitat rete mirabile Galeni, ne vaſa quibus conſtat, à cerebri mole compreſſa, ſupra modum conſtringantur. Tertiæ pariter, quartæ & ſextæ nervorum conjugationis trunci, unà cum utroque ramo anteriore quinti nervorum paris, & fibris nerveis, è quibus uterque nervus intercoſtalis conflatur, per eadem receptacula tranſeunt; nedum tendunt ad partes in quas inſeruntur, à cerebro obruantur, & in iis ſpiritus animalis influxus intercipiatur.

Ex præmiſſa craſſæ meningis muniorum explicatione, vaſorum, quæ tum in ſinus, tum in receptacula ipſius deſinunt, munia facillimè intelligi poſſunt, atque adeò duo tantùm decernenda ſuperſunt: an ſcilicet ſentiat, & an moveatur.

Craſſa meninx exquiſitè ſentit.

Quod ad primum attinet, illam pluribus utpotè fibris nerveis inſtructam exquiſito ſenſu donatam eſſe aſſerimus, eámque utplurimùm affici putamus in internis & vehementibus capitis doloribus, qui vel vaporoſis ab effluviis, à ſanguine intra cerebri confinia æſtuante procedentibus, ſub hac membrana concluſis, eámque ſupra modum diſtendentibus producuntur: vel ab acri ſanguinis ſero extra vaſa effuſo, vel ab ipſo ſanguine præter modum ebulliente, & continui ſolutionem inducente, excitari ſolent.

Conſtantem autem eſſe ſuprà allatam aſſertionem ambigit nemo, ex quo tempore, in quibuſdam capitis affectibus, cranium terebrâ perforari ſolet; cranio námque perforato, ſi detecta craſſæ meningis pars, ſpecillo, aut quovis alio inſtrumento vel leviter attingatur, admotum inſtrumentum ſtatim perſentit ægrotans, craſsámque meningem exquiſitè ſentire percipit.

Quod ad ſecundum ſpectat, craſſam eandem meningem circa calvariæ baſim, cui firmiter adhæret, ex naturæ legibus immotam eſſe cenſemus; ubi verò calvariæ, vel nullatenus, vel laxè tantùm annectitur intrò foras, & foris intrò propelli, imò ſinum illius longitudinalem, eo, quo arteriæ moventur, ritu moveri, certo certius eſſe pronunciamus. Iſtud in adultis, quorum calvaria in vertice capitis, non procul à ſutura ſagittali terebrâ perforatur, ſenſu visûs; & in recèns natis admotâ manu ſagittali eidem ſuturæ, ubi coronariæ occurrit, ſenſu tactûs percipi poteſt.

Craſſæ meningis motum, partim à cerebro, partim ab arteriis quibus

Craſſ. menin

©BIU Santé

quibus ipſa irrigatur, & partim à ſinibus, longitudinali & lateralibus pendere, neminem ambigere putamus; ſiquidem clarum ac perſpicuum nobis videtur, partes illius, quæ ſcilicet calvariæ non adhærent, intrò foras neceſſariò propelli, dum convexa cerebri pars intumeſcit, & foris intrò inclinari dum hæc detumeſcit. Præterea dura mater inſignibus multis arteriarum propaginibus irrigatur, quæ indeſinenti diaſtoles & ſyſtoles motu agitantur, & ſinibus, longitudinali, & lateralibus unitur, qui perpetuò moventur. Quæ cùm ita ſint, vix fieri poteſt quin partes illius, quæ arteriarum ipſas irrigantium & ſinuum prædictorum impulſus ſuſcipiendi capaces ſunt, unà cum iiſdem arteriis ac ſinibus moveantur. Sinus longitudinalis à fervente ſanguine dilatatur, quem à quibuſdam arteriarum propaginibus immediatè recipit: ſubindéque vi propriâ elaſticâ contrahitur: laterales verò ſinus, tum ab eodem ſanguine arterioſo, tum quadam veluti conſecutione motus longitudinalis ſinus dilatantur, ſuáque deinde vi elaſticâ contrahuntur. Verùm ut intelligatur, quomodò illi ab arterioſo ſanguine dilatentur; neque à propoſito, neque à ratione alienum videbitur, eo quòd aliqua in ſequentibus, de motu cordis & arteriarum exponamus: quemadmodum cor & arteriæ, à ſanguine vi expanſivâ donato dilatentur, eóque protruſo contrahantur.

Craſſæ meningis motus partim à cerebro, partim ab arteriis, & partim à ſinibus, longitudinali & lateralibus pendet.

Sinus longitudinalis arterioſo à ſanguine dilatatur, & propriâ vi elaſticâ contrahitur.

CAPVT IV.

Digreſſio de motu cordis & arteriarum.

Cap. IV. *Digreſſio de motu cordis & arteriarum.*

CVm cerebrum & cor in muniis ſuis obeundis, à ſe invicem ita dependeant, ut cùm alterutrum deficit, alterum ſimul deficere oporteat: nobis hîc de motu cordis & arteriarum diſſerere liceat.

Cor moveri, contrahi nempe & dilatari nemo neſcit. Ut autem diſtinctorum hujuſmodi motuum cauſæ & rationes intelligantur diſtincti fibrarum illius ordines priùs inveſtigandi ſunt.

Rectis quibuſdam fibris cor in brutis inſtructum eſt, quæ ab exteriori ventriculi dextri margine exortæ, rectà ferè omnes ad conum uſque pertingunt; in quo cum ſubjectis ſpiralibus ita implicantur, ut in eo deſinere videantur; verùm in corde humano ſpirales tantùm obſervantur, quarum illæ, quæ à margine ventriculi

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 42 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

dextri oriuntur, ita disponuntur, ut, quæ exteriora illius occupant, ad conum exporrectæ, indéque reflexæ, ventriculi sinistri interiora subeant: ubi sinuosos illius parietes, carneásque aliquas columnas ex parte efformant, tandémque in interiori illius margine tendinosis finibus terminantur. Fibrarum spiralium, quæ suprà memoratis subjiciuntur, aliæ, quæ scilicet cordis basi efformandæ impenduntur, è prædicto ventriculi dextri margine proficiscuntur, & eundem in marginem inseruntur; adeò ut ferè adinstar semicirculorum flectantur, quorum superiores inferioribus breviores sunt; aliæ verò conum versus tendunt, & eâdem ratione, quâ suprà memoratæ: exteriora nempe ventriculi dextri occupantes, distribuuntur, si quasdam exceperis, quæ in se ipsas reflexæ dextrum eundem ventriculum ingrediuntur, cujus sinuosos parietes, prominentiásque carnearum columnarum nomine vulgò donatas partim constituunt.

Notandum obiter, quòd spirales quædam fibræ exteriori è margine sinistri ventriculi profectæ, quâ scilicet vena pulmonaris in auriculam cordis sinistram aperitur, modò descriptas fibras comitando, & ad extremum usque conum ex parte descendendo, pariter ac ipsæ dextrum ventriculum obtegunt, eadémque ratione distribuuntur. Superiores enim modò dicti ventriculi parietem externum, ipsíque intus affixas carneas columnas maximam partem efformant; inferiores verò, unà cum fibrillis quibusdam paulò suprà memoratis, exteriori nempe è margine ventriculi dextri exortis, quibuscum è cordis cono superiora versus reflectuntur, ventriculum sinistrum ingrediuntur: sinuosis illius parietibus, necnon carneis columnis efformandis impenduntur: ac demum in interiori ipsius margine, tendinibus suis finiuntur. Quod spectat ad spirales sinistri ventriculi fibras, nulla (si illum de quo jam diximus fasciculum exceperis) è basi ad conum usque exporrigitur: sed eâ disponuntur ratione, ut quæ propiùs ad illum accedunt, ab ejusdem ventriculi margine juxta arteriam pulmonarem, quæ verò minùs, proportione servatâ, à prædictâ arteriâ pulmonari recedendo, ab eodem sinistri ventriculi margine oriantur. Cæterùm spirales omnes ejusmodi fibræ, ubi dextro ventriculo, cujus parietem internum, carneásque ipsi adnatas columnas efformant, subjiciuntur, septum medium constituunt: ac deinde ita reflectuntur atque in semet-ipsas convolvuntur, ut superiores

iterum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 43 sur 315

iterùm ad baſim cordis, ſpirali quidem, ſed inverſo ductu aſcendant, & medium in marginem ſiniſtri ventriculi inſerantur: cujus ſcilicet ambitum chartacei cuculli figuræ æmulum, majori ex parte conſtituunt; inferiores verò ejuſdem ventriculi cavitatem ingreſſæ, nonnihil obliquè ſurſum tendendo, ſinuoſis parietibus & carneis illius columnis partim conſtituendis inſerviant: & tandem in interiori ipſius margine tendinoſis finîbus deſinant. CAP. IV. *Digreſſio de motu cordis & arteriarum.*

His ita delibatis, cordis motus cauſas & rationes explicaturi, manantem è cerebro ſpiritum animalem, carneas viſceris illius fibras indeſinenter ſubire cum tota Medicorum turba ſupponimus: eúmque nec ex ipſis, utpotè circa originem, quemadmodùm & circa finem tendine donatis, denſâque membranâ extrinſecùs obductis ejici: nec ob continuò ſuccedentem, facilè retroduci poſſe dicimus. Inde fit, ut copiâ & impulſu, inſenſiles carnearum fibrarum meatus, præſertim circa mediam cordis regionem, dilatet: proindéque ipſarum circulos breviores reddat: ſimúlque cor ipſum contrahat: ſanguinis intra ventriculos illius magis quàm alibi effervеſcentis blando calore, & ſpiritu vitali, quo tota cordis ipſius ſubſtantia perfunditur, unà cum ſanguine ab arteriis coronariis ſuppeditato adjuvantibus; ipſorum enim beneficio ſpiritui animali aliquale robur addi, cujus opeſeſe faciliùs explicet, non abs re dici poteſt: cùm eas, quas movet partes ita diſponant, ut ipſis concurrentibus, illas faciliùs validiúſque moveat, nec ſine illorum concurſu, iis, diù ſaltem, movendis ſufficiat.

Dum carnearum prædicti viſceris fibrarum exigui meatus, ab eo, qui ipſos occupat, & implet ſpiritu dilatantur: ipſas arcuatim erigi, & ſeſe invicem validè conſtringere neceſſum eſt: cùm circulus ipſarum tunc temporis neceſſariò minor fiat propterеáque elaſtica earum vis multùm augeatur. Quinetiam ſpiritus animalis, inſenſiles earum meatus dilatantis niſum evincit: quod vires illius, ſimul ac contrahitur cor, imminuantur; virium autem ſuarum aliquid amittit ſpiritus animalis: quòd tunc arteriæ coronariæ, utpotè ſupra modum conſtrictæ, ſanguinis, atque adeò ſpiritus vitalis, quibus ſcilicet ſpiritui ipſi animali robur aliquod additur, paucam admodum copiam ſuppeditent. Adde quod tunc etiam ventriculi cordis ſanguinis expertes, aut ferè expertes ſunt. Ex quibus fit; ut ſuprà memoratæ carneæ fibræ vi ſolius elateris

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 44 sur 315

©BIU Santé

Cap. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

naturalem recuperent tensionis statum: simúlque cor ipsum proprio marte sese restituat: imò & ultra proprium sibi tonum paululum elongetur; quoniam ubi contractum cor sese restituere incipit: appensæ ipsi auriculæ in ventriculos illius sanguinem protrudunt: qui pondere; quantitate, expansivâ quâ donatur vi, & communicato sibi ab auriculis impulsu, carneas, quibus parietes ipsorum constant; fibras relaxat. Unde fit, ut cor ipsum necessariò elongetur; dum illud dilatari vulgò creditur.

Ubi carneæ cordis fibræ, à sanguine ventriculos illius subeunte, comprimi ac relaxari incipiunt: qui poros earum occupat, & dilatat spiritus animalis, maximam partem exprimitur, & versus tendinem, cordis ipsius basim occupantem depellitur. Verùm quoniam, dum sanguis cordis ventriculos, tenuissimâ membranâ intùs obductos subit; vegetus illius calor totum visceris iliius parenchyma penetrat, simúlque arteriæ coronariæ, quæ nullam per id temporis constrictionem patiuntur, unà cum novo sanguine novum ipsi spiritum vitalem affundunt: hinc fit, ut hospitans ac velut excubias agens in prædicto viscere spiritus animalis, novas acquirat vires: atque adeò cum novo è cerebro manante, & quasi impetum faciente spiritu, novum edat nisum, laxatósque insensiles fibrarum illius meatus iterum dilatet, illudque contrahat Ex quibus planè intelligitur, cur & quomodò cor vicissim contrahatur & dilatetur, quamdiù vivit animal.

In contractione cordis carneæ illius fibræ, ac præsertim interiores, arcuatim eriguntur, ut suprà innuimus, totúmque nisum suum interiora versus conferunt: ob renitentem, quâ exteriùs obducuntur membranam; ex quo fit, ut ventriculorum illius parietes ad se invicem accedant, simúlque contentus in ipsis sanguis, in arteriam pulmonarem, vel in aortam depellatur: quoniam carneæ columnæ, quarum tendines in valvulas tricuspides desinunt, dum fibræ, quibus constant, in arcum eriguntur, tricuspides eadem valvulas explicant: proindéque sanguini per venam cavam & per venam pulmonarem ad cor appellenti, vel ex ipso per eadem vasa exire nitenti, aditum intercludunt. Præterea prædictæ carneæ columnæ non modò valvulis tricuspidibus explicandis inserviunt, sed etiam ipsarum ope, ventriculorum cordis parietes ad se invicem trahuntur; quoniam illæ, tendines suos in latus oppositum, maximam partem, inserunt: adeóque sanguini,

in

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 45 sur 315

in arteriam pulmonarem, vel in aortam protrudendo conducunt. Adde quod in præternaturali ſanguinis turgeſcentia, nimiam etiam ventriculorum dilatationem, quaſi totidem chordæ hinc inde protenſæ impediant. CAP. IV. *Digreſſio de motu cordis & arteriarum.*

Cæterùm viſcus, illud in contractione minùs tumidum appareret; quàm dum naturalem tenſionis ſtatum obtinet, quantumcunque craſſiores evaſerint illius fibræ: quatenus ſcilicet earum tumor, propter exteriùs renitentem membranam, in ſanguinis è ventriculis depulſi locum ſuccedit.

Hîc notandum occurrit, quòd ſiniſter cordis ventriculus, utpotè qui ſanguinem ſuum, in partes multò remotiores, quàm dexter propellere debuerat, ex denſiore fibrarum agmine, quàm dexter componitur: ideóque ipſi robore longè ſuperior exiſtit. Prætereà circa conum arctiſſimè contrahitur cor, quem admodum eo vivente ſecto, & digito in alterutrum ventriculum immiſſo, ſæpiùs à nobis exploratum eſt: quia fibrarum illius ſpiræ, circa conum non modò denſæ ſunt; ſed etiam breviſſimæ adeóque aptæ natæ ſunt, quæ eâdem vi magis tendantur, quàm aliæ, quæ his longiores exiſtunt.

Adjunctas cordi auriculas quod attinet, illæ ſunt velut corcula quadam, motu proprio donata, & è ſubſtantia cordis ſubſtantiæ non abſimili conflata. Illæ uno eódemque tempore contrahuntur, communium quarundam fibrarum interventu, quæ ab uno ad alterum exporrectæ ſunt: earúmque motum cordis motus præcedit. Ambo tamen adeo velociter peraguntur, ut licèt ſucceſſivè fiant; uno eodémque ferè momento fieri videantur: niſi cùm properante morte, animal languere incipit; tunc enim diſtinctiùs ejuſmodi motus percipiuntur; & inſuper obſervatur, quod reliquis cordis particulis emortuis, dextra ſuperſtes adhuc vivit auricula, quæ prima vitalem motum inchoaverat.

Præcognitâ auricularum ſtructurâ, motus illarum cauſas & rationes, ex iis quæ de motu cordis, cujus baſi appenduntur, paulò ſuprà diximus, facilè quivis intelliget. Etenim illæ, quemadmodum & cor, manantis è cerebro ſpiritus animalis copiâ & impulſu contrahuntur; & ubi contractæ elateris vi ſeſe reſtituere nituntur, ſanguinis ad ipſas, bina tanquam ad diverticula appellentis quantitate, & vi expanſivâ dilatantur, proprióque deindè niſu reſtituuntur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 46 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

Explicatâ contractione cordis, prout in animali perfecto spiritus animalis ope peragitur ; supereſt indagandum, quomodò hæc antequam spiritus animalis producatur, in prima fœtûs formatione perficiatur. Nobis videtur, tenuem quandam subſtantiam, spiritus genitalis nomine vulgò donatam, ipsimet cordis subſtantiæ ineſſe; eámque ad aliquod tempus, spiritu vitali à sanguine suppeditato adjuvante, spiritus animalis vices inibi supplere: adeò ut cùm primùm sanguinis rudimenta, intra veſiculam in cor abituram recondita & velut sopita, fermentationis ope exaltari cæperunt, ipsámque spiritu suo perflarunt, protinùs corculum illud anteà immotum, ab hujuſmodi spiritu cum eo, quem in se continet concurrente, & seſe explicante suſcitetur, & vitalem suum motum exordiatur: qui licèt debilis sit; lentæ tamen circulationi, in tam exiguo corpuſculo perficiendæ sufficit. Verùm fœtu in dies creſcente, & majore humorum alibilium copiâ indigente, cor solius sibi innati spiritus vi, ad singulas partes jam multùm auctas, & ab ipso remotas amandando non ampliùs sufficeret : niſi cerebrum, cui perficiendo sanguinem anteà suppeditaverat, ipsi viciſſim spiritus sui affluxu vires adderet. Atque ita ambo deinceps mutuâ officii neceſſitudine adeo conjuncta sunt, ut alterum alterius auxilio sine animalis interitu diù carere nequeat.

Arterias dilatari & contrahi senſuum miniſterio maximè conſpicuum fit. Quibus autem à cauſis & quomodò dilatentur, subindéque contrahantur facilè cognoſcemus, si brevi præmiſsâ ſtructuræ ipsarum deſcriptione, attentè perpendamus, quid tum ipsis, dum scilicet dilatantur & contrahuntur, tum sanguini cavitates earum subeunti ac percurrenti superveniat.

Tunicis quatuor arteriæ conſtant.

Tunicis quatuor instructæ sunt arteriæ, communi unâ, quam deponunt, dum partium interiora subeunt: & tribus propriis, quarum media annularibus fibris nonnihil duris ac renitentibus conſtat.

Arteriæ quo à corde remotiores eo minores sunt.

Arteriæ, quo remotiores à corde sunt, eò minores, ac proindè cavitatibus anguſtioribus donatæ apparent. Ex quibus fit, ut sanguis è ventriculis cordis protruſus, quamdiù intra arterias fluit, è locis amplioribus in loca anguſtiora neceſſariò feratur. Præterea hujuſmodi vaſorum tunicas, in hoc ipsorum motu, qui propriè dilatatio dicitur, supra naturalem tensionis ſtatum undequaque

quaque extendi manifestè patet. Hanc autem extensionem, alii cum Galeno à facultate pulsifica, & alii cum Clarissimo VVillisio à spiritu animali pendere autumant. Verùm nos iis non assentiri non possumus, qui arterias à sanguine dilatari existimant. Etenim cùm exiens è corde sanguis, ut versus dissitas ab ipso partes derivetur, majoribus ab arteriis in minores transeat: necessum est, ut in parietes cavitatum earum totum nisum suum conferat: adeóque expansivi sui motûs, sibíque superadditi per contractionem cordis impulsus operâ, fibrarum quibus illæ constant renixum evincat: eásque pariter dilatet. CAP. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

Istam verò opinionem sequentibus confirmamus experimentis, quæ multis adhibitis cautionibus, die decimâ tertiâ, mensis Decembris anni 1680. fecimus in Theatro Anatomico Monspeliensis Academiæ, Medicinæ Studiis celeberrimæ, coram illustrissimo Viro suprà laudato D. CHICOYNEAU, & coram Viris clarissimis D.D. REGIS, CHIRAC, ROVVE, & MARMADUCO VVITHAM Doctoribus Medicis meritissimis. Primùm itaque tubulos plures, quorum alii aliis longiores, & alii aliis crassiores erant, in aquam calidam immisimus. Secundò canis tabulæ affixi abdomine aperto, & arteriis tum mammariis, tum epigastricis ligatis, renem sinistrum, lienem, stomachum & intestina supra dextrum latus reclinavimus: & arteriâ musculari superiore, unà cum vena quæ aliàs adiposa dici solebat, ligatâ, descendentem aortæ truncum paulò infra diaphragma, & paulò supra iliacos ejus ramos vinculo strinximus: partem illius utrique vinculo intermediam, cultro anatomico aperuimus: ex ipsa totum, quem continebat, sanguinem per compressionem, extraximus: ac subindè postquam arteriam ipsam bina inter vincula, spongiâ, aquâ tepefactâ, imbutâ fovimus; è tubulis in aqua calefactis unum in cavitatem illius intrusimus: qui eam penitus replebat, nec præter modum distendebat. Præterea arteriam eandem super tubulo vinculis duobus arctissimis obligavimus: adeò ut aperta ejus pars, inter posteriora hæc vincula reperiretur. His diligenter quantùm potuimus peractis, prædictis cautionibus servatis, ne sanguis tubuli cavitatem subiturus, in ipsa concresceret, & prioribus solutis vinculis, æquè validè ferè infra ac supra tubulum arteriam pulsare, clarissimi Viri suprà nominati visûs, & ipsius tactûs ministerio perceperunt.

Suprà

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 48 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

Suprà allato peracto experimento, arteriam iterum paulò infra diaphragma, & paulò supra iliacos ejus ramos circumligavimus: binísque vinculis, quibus ipsa super tubulo stringebatur, solutis, tubulum è cavitate illius extraximus: ipsiúsque tubuli cavitatem paucâ spongiâ obturavimus, eúmque calentem in aquam immisimus, & dum calefiebat, arteriam spongiâ, aquâ tepefactâ, imbutâ, ut anteà fovimus quo pristinum illi calorem redderemus. Quod cùm peractum esset, obturatum & nonnihil calefactum tubulum, in cavitatem illius denuò indidimus: nec ipsam ligavimus; & tamen, ne una quidem sanguinis gutta, per apertionem illius incisione factam, effluxit. Quia totam ejus cavitatem replebat tubulus. Iis peractis bina solvimus vincula, quibus arteriam strinxeramus. Iisque solutis, hæc licèt identidem aquâ paululum calidâ foveretur: infra tubulum minimè pulsavit. Quæ cùm verissima sint; neque Galeni, neque VVillisii opinio stare potest: nam si arteriæ vel per pulsificam quandam facultatem è corde manantem, earúmque tunicas subeuntem (uti vult Galenus) vel per spiritum animalem annulares mediæ ipsarum tunicæ fibras permeantem, uti VVillisio placet, dilatarentur & contraherentur: dum arteria arctissimè super tubulo stringitur; quod fit per primum experimentum, infra tubulum minimè pulsare deberet; etenim tunc facultas pulsifica, si quæ sit, & spiritus animalis intercipiuntur, ipsam tamen pulsare certissimum esse pronuntiamus. Quòd si arteriarum dilatatio à fluente intra cavitates ipsarum sanguine non penderet: ubi secundum fit experimentum, arteria infra intrusum in ipsam tubulum priùs obturatum pulsare deberet, cùm per illum neque pulsificæ facultatis, neque spiritus animalis præpediatur influxus: eam tamen dum secundum tentatur experimentum, nequaquam pulsare sensibus patet. Neque oggerat aliquis, arteriam infra vincula pulsare, non tantùm quod effervescentem è ventriculis cordis depulsum, propriam intra cavitatem sanguinem admittat, sed etiam quòd eadem infra vincula nerveis instructa sit propaginibus, per quas spiritum animalem, præcipuam dilatationis & contractionis suæ causam recipit; siquidem eam à nervis & à vicinis quibusvis partibus, quantùm fieri potuit, liberavimus ac separavimus, dum prædictis in experimentis conficiendis, nostram posuimus operam. Quæ cùm ita sint, arteriarum dilatationem, à solo sanguinis vi expansiva prædiți impulsu

Falsa tum Galeni, tum VVillisii opinio de causis motûs arteriarum.

pendere

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 49 sur 315

pendere exiſtimabimus: donec ſpiritum animalem, per tunicas, quibus ipſæ conſtant, diffuſum, ipſarum motui peragendo conducere, ſolido quodam experimento clarè evincatur.

CAP. IV. *Digreſſio de motu cordis & arteriarum.*

Monemus hîc viros omnes, qui exercitationibus Anatomicis operam navant, prædictas omnes ſervandas eſſe cautiones, quoties ſuprà allata tentabunt experimenta, ut ea ſecundum optata ipſis ſuccedant.

Monemus inſuper, arteriã ſemper, ubi primum fit experimentum, paulò debiliùs infra quàm ſupra tubulum pulſare, quantacunque ſit intruſi in ipſam tubuli cavitas. Propterea quòd ſanguis è tubulo exiliens, è loco anguſtiore, in locum ampliorem feratur, & tubulus motum illius nonnihil infringat.

Jam verò ſupereſt ut explicemus, cur omnes corporis arteriæ ſimul dilatentur, ſubindéque contrahantur, & expendamus, utrum ſanguis quatenus liquor ſimpliciter nullâ vi expanſivâ donatus, ipſas dilatet per ſolum impulſum, quem cor in ſingulis contractionibus ipſis communicat, vel utrum is, quatenus liquor intrinſecâ vi expanſivâ præditus, quâ naturaliter fermenteſcat, & prout à corde impellitur, eaſdem dilatet arterias.

Quod attinet ad primum: dicimus, contentum in arteriis ſanguinem eſſe corpus liquidum continuum, proindéque illum ubi in ipſo arteriæ pulmonaris, & aortæ oſtio, à ſanguine è corde depulſo movetur, uno eodémque ferè tempore in omnibus arteriis moveri; unde fit, ut illæ uno eodémque ferè tempore dilatentur.

Quod ad ſecundum ſpectat: ſanguinem, ſi expanſivâ vi donatus non eſſet, quâ in omnem loci differentiam ſeſe movere nitatur, arteriis dilatandis imparem fore dicimus, etiamſi à corde validè impelleretur. Nam ut is quatenus liquor ſimpliciter, à corde in arterias protruſus, iis dilatandis ſufficeret: vel ſupponendum eſſet, ſemper in illis certam ac determinatam reperiri ſanguinis copiam, quæ ipſas ita repleret, ut novam illius quantitatem admittere non poſſent; quin ipſarum latera undequaque ab invicem diducerentur: vel neceſſum eſſet, ut illæ pro ratione majoris, vel minoris quantitatis ſanguinis, quem continerent, modò magis, modò minùs contraherentur, ut qualiſcunque eſſet, vel major, vel minor contenti in ipſis ſanguinis copia, eum, quem cor in ſingulis contractionibus depelleret, excipere non poſſent: quin in latera ipſarum impingeret, eáſque dilataret. Sed neutrum dici poteſt; arterias enim modò majorem,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 50 sur 315

©BIU Santé

Cap. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

modò minorem sanguinis copiam continere certum est; & eæ certâ ac determinatâ donatæ sunt cavitate : quæ sanè amplior evadit : dum illæ dilatantur, & ob annulares earum fibras, parùm, ne minimè dicamus imminuitur, ubi contrahuntur. Ex quo fit, ut illæ, quando paucam admodum sanguinis quantitatem, suis in cavitatibus recondunt, nec dilatari, nec sanguinem exprimere possent; si vivificus ille liquor nullâ vi expansivâ præditus esset.

Prætereà frequens nos docuit experientia, multos reperiri homines, in quibus, cùm intrinseca expansivi sanguinis motus principia effœta, & quasi otiosa evaserunt : licèt sufficiens illius copia in vasis ipsorum contineatur, satísque validus sit cordis impulsus; nulla persentitur arteriarum pulsatio in carpis, cæterísque partibus extremis : quòd expansiva sanguinis vis, dum is procul à corde recessit, in ipsis ita debilis sit : ut licèt à corde protrusus extremos versus arteriarum fines deferatur, in laterales earum partes nullum conferat nisum : tardéque à centro corporis ad circumferentiam, & tardiùs à circumferentia ad centrum moveatur. Síque intrinseca expansivi motus illius principia adeò debilia sint, ut ad totalẽ extinctionẽ tendant, quædã illius particulæ sub cute retentæ, modò magis, modò minùs latè diffunduntur: & mox in ecchymoses, mox in exanthemata abeũt : vel partim in ecchymoses, & partim in exanthemata aut purpurea, aut rubra, aut pallida, aut nigricantia desinunt. Major verò ipsius copia in interioribus corporis partibus sistitur; in earum substantia circumscribitur : varias interiùs parit inflammationes; quas omnimoda pulsùs cessatio, extremorum frigus, imi ventris tensio, ac dolor, vomitus, delirium, & tandem virium omniũ lapsus sequuntur.

Quandoquidem sanguis, quatenus corpus simpliciter liquidum à corde impulsum arterias dilatare nequit: supereſt ut quatenus corpus liquidum vi expansivâ donatum, & à corde protrusum ipsa dilatet. Verùm ne quisquam hoc gratis à nobis dictum esse putet: sanguinem intrinsecis expansivi motus principiis, quorum actione & reactione fermentescit, & in omnem loci differentiam sese movere nititur præditum esse, sequentibus demonstramus exprimentis.

Sanguis intrinsecis expansivi motus principiis donatur.

Primò cruralem arteriam duplici stringimus vinculo, ejúsque partem utrique vinculo intermediam extransverso rescindimus : & deinde venam cruralem circumligamus. Iis peractis infra vinculum inferius sensibiliter detumescit arteria: & è contra vena infra injectum sibi vinculum intumescit. Attamen cordis impulsum, dum adhuc prædictis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 51 sur 315

prædictis in vasis, infra vincula, movetur sanguis, interceptum esse nemo non videt. Ex quibus aliquam expansivi motus vim sanguini inesse satis intelligitur : quæ à cordis impulsu neutiquam dependet, & cujus ope, cruris pedísque musculorum motu nonnihil adjuvante, sanguis ab arteria crurali in venam cruralem transit, dum prædictum experimentum conficitur. CAP. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

Secundò canis robustioris tabulæ affixi abdomine aperto, utramque arteriam iliacam circumligamus ; sterno deinceps à diaphragmate, & costis secreto, & ad superiora reclinato, ascendentem aortæ truncum, & reliqua cordis vasa, juxta basim illius, unà cum pericardio, diligenter quantùm possumus, vinculis constringimus : subindéque omni intercepto cordis motu, descendentem aortæ truncum, per levem incisionem aperimus, & tunc sanguis magna vi, & veluti distinctos per subsultus è cavitate illius erumpit ; quod sic minimè contingeret, si nulla sanguini vis expansiva inesset.

Demum vix concipitur, quomodo in prima fœtûs formatione, liquidiores quædam seminis particulæ in sanguinem mutatæ fuerint : si intrinseca motûs expansivi seu fermentationis principia ipsis denegentur. Vix pariter concipi potest, quomodo sanguis, jam formatus constanti fluxu moveatur, si nullam vim expansivam habeat.

Cùm sanguinem intrinsecis motus expansivi principiis naturaliter donatum esse, à nobis ostensum sit : jam quærendum esset, quænam & quot sint hujusmodi principia : verùm cùm hæc extra rationem instituti nostri reperiantur, ea omisisse præstabit : maximè cùm primordia rerum utpote simplicia, ideóque insensilia, verè & demonstrativè ab homine nunquam explicari posse arbitremur. Verumtamen ut ea, quæ hactenus asseruimus, rationi magis consona videantur : cùm omnes quotquot sunt peritissimi Chymici intrinsecum fermentescentis cujusvis corporis motum, ab acidis cum alkalibus luctas ineuntibus pendere scripserint : quòd acidum quodlibet corpus, corpori sufficienti necnon convenienti alkali prædito admistum, quandam in ipso fermentationem excitare viderint : Et cùm multi in corpore succi reperiantur, quorum alios acidis, alios verò alkalibus analogos esse constat : intrinseca motûs expansivi sanguinis principia, vel acida & alkalia esse, vel acidorum & alkalium indolem redolere supponimus. Hæc autem inimicas simul luctas ineundo fermentescunt ; quatenus scilicet insensiles unius istorum corporum particulæ solâ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 52 sur 315

©BIU Santé

Cap. IV. *Digressio de motu cordis & arteriarum.*

materiâ æthereâ, seu subtilissimâ & perniciſſimâ comitatæ, alterius poros intimè subeunt, & illud dissolvere nituntur. Adeóque ex his patet fermentationem, nihil aliud esse quàm intrinsecum & violentum corporum heterogeneorum motum, qui excitatur ubi insensiles unius prædictorum corporum particulæ, solâ materiâ æthereâ, seu subtilissimâ & perniciſſimâ comitatæ, in poros alterius irruunt, & vel attritu, vel impetu suo illius dissolutionem moliuntur.

Quid fermentatio.

Arteriarũ motus restitutionis à contractione illarum distingui nõ solet.

Postquam arteriarum dilatationem, fusè necnon clarè explicuimus, sequitur ut motus restitutionis ipsarum, qui cum contractione vulgò confunditur, causas & rationes investigemus. Dum arteriæ dilatantur, omnes quibus earum tunicæ constant fibræ, seipsas ex omni parte trahunt, earúmque pori maximè constringuntur: proptereáque elastica ipsarum vis multùm augetur supra vim sanguinis, à quo supra modum distenduntur, ex quo fit, ut illæ dum cor peractâ contractione dilatatur, solius elateris nisu, ad naturalem tensionis statum sese restituant; imò & infra ipsum aliquantulum saltem ferantur, ideóque contrahi dicantur. Adde quod dum arteriæ supramodum dilatatæ sese restituere nituntur, sanguis, quem continent, vix ullum in ipsas nisum edit, quòd ipsi in partes quibus affunditur, liber pateat aditus.

Arteriis ad naturalem tensionis statum restitutis, ipsarúmque elateris nisu cessante, exiliens è corde rursus contracto sanguis novum edit nisum, per quem illas iterum dilatat: eáque ratione omnium corporis arteriarum dilatationis & contractionis motus sese alternatim excipiunt, quamdiu vitâ fruitur animal.

Causa & ratio dilatationis longitudinalis & lateralium sinuum.

His de motu cordis & arteriarum præmissis: quomodo sanguis arteriosus longitudinalem, & laterales crassæ meningis sinus dilatet, facilè quivis intelligere poterit; is enim prout vi expansivâ præditus & à corde impulsus est, venosum sanguinem explicat & impellit, cui videlicet prædictis in sinibus occurrit, & admiscetur: atque adeò sinuum eorumdem parietes ab invicem diducit: quod fieri nequit, quin propter superiùs allatas rationes, elastica eorum vis multùm augeatur, & sanguinis à quo dilatantur nisum evincat. Ex quo fit, ut ipsi statim atque dilatati fuerunt, quemadmodum & arteriæ, ad naturalem tensionis statum proprio marte sese restituant.

Causa & ratio motus restitutionis longitudinalis & lateralium sinuum.

CAPUT

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 53 sur 315

CAPUT V.

De Pia Meninge.

QUibuſdam capite præcedenti de motu cordis & arteriarum præmiſſis, quorum ſcilicet cognitio nobis neceſſaria viſa fuit; ut longitudinalis & lateralium craſſæ meningis ſinuùm dilatationis & contractionis motùs facilè intelligerentur: proximè ſequitur ut de pia meninge agamus. Hæc autem eſt membrana tenuiſſima ac pellucida, quæ univerſam cerebri molem proximè obducens, ſingulis ex ipſo prodeuntibus nervis involucrum impertitur, ac deinceps vertebrarum ſpecum ſubeundo, in duas dividitur membranas; quarum exterior medullam ſpinalem, nerveáſque omnes ex ipſa prodeuntes fibrillas complectitur: interior verò medullam eandem immediatè complexa, prædictas etiam fibrillas ex ipſa emiſſas & in ſpinales nervos abeuntes ſeorſim inveſtit.

CAP. V. *De pia Meninge.*

Quid pia Meninx.

Tenuiſſima iſta membrana, ſubtiliſſimâ fibrarum texturâ conſtans, cum craſſa meninge, vel vaſis, vel nervis, vel ligamentis membranaceis interjectis, modò laxiùs, modò ſtrictiùs, hîc illic connectitur; ac inſuper externæ cerebri ſuperficiei adeò firmiter alligatur, ut ab ipſa vix illæſa ſeparari poſſit. Demum hæc membrana, quæ anfractuum & interſtitiorum omnium cerebri ſummitates colligando, ſuperficiem illius planam oblongè rotundam, & quaſi mundi æmulam reddit. Poſtquàm cerebrum, cerebellum, & medullam oblongatam proximè ſuccinxit, cerebrum inter & cerebellum ſeſe inſinuat: in inteſtinos illius ſulcos ſeſe altè immergit, & hiatus omnes obducit: plicarum verò iſtius interſtitia ſubit & alias ab aliis ſecernit: imò cerebrum à cerebello, & utrumque à medulla oblongata quodammodo diſtinguit. Clariſſimus VVilliſius, *Lib. de Anatome cerebri, cap. 7.* hanc perexiguis pluribus glandulis conſitam eſſe vult. Verùm haſce glandulas, in ſecando cerebro humano, vel ipſius Microſcopij ope nunquam detegere potuimus. Ac propterea dum reperiuntur, eas vel extremos vaſorum fines obturatos, & aquâ tumefactos eſſe, vel ſemper præter naturam produci putamus: præſertim cùm peritiſſimus ille Vir, illas utplurimùm, non ſemper, venarum & arteriarum plexibus piæ meningi appenſis interſeri aſſerat; idque liquidò patere dicat, in cerebro humidio-

Pia meninx naturaliter glãdulis nullis intertexta eſt.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 54 sur 315

©BIU Santé

Cap. V. *De pia Meninge.*

re, aut hydropico, in quo hujuſmodi glandulas madore intumefactas facilè percipi refert. Præterea pia Meninx ſuperficiem habet externam lævisſimam: interna verò propter vaſa ipſi adhærentia paululum aſpera eſt. Hæc exteriùs nullibi prominet; & dum vaſa interiùs ipſi appenſa, vel ſegregata, vel ſanguinis expertia ſunt, ubivis æqualiter pellucida conſpicitur. Res autem aliter ſeſe haberet, ſi vel in alterutra ſuperficie, vel intra ſe, corpora quædam glandulosa ex naturæ legibus contineret.

Piæ Meningis munia.

Pia Meninx non pauca intra calvariam munia præſtat: imprimis hæc univerſas cerebri partes exteriùs inveſtit, eáſque ab invicem diſtinguit; ea námque anfractuum hiatus & interſtitia quævis obducit, & obductione ſuâ non tantùm ſubtiliores ſanguinis particulas ad avolandum aptas cohibet: ſed etiam ſepimenti adinſtar (ut cum Clariſſimo VVilliſio loquamur) ſpiritum ipſum animalem intra proprias ubique cellulas, & expanſionum orbitas coërcet: nec eum vel diſſipari, vel alienos in fines tranſcurrere, adeóque facultatum diverſarum actus confundere permittit. Secundò hæc utpote retiformibus arteriarum, quas ſuffulcit, plexibus, ubivis ferè obducta, ſanguini cerebrum verſus adducendo, necnon abducendo commeatum præbet; omniáque nobilis illius viſceris ſpatia rivulis innumeris irrigat. Tertiò hæc eadem tenuis membrana, præterquam quod omnes è cerebro prodeuntes nervos obducit; quorumdam ipſorum, qui diſtinctis ſcilicet fibrillis, circa originem conſtant, ſingulas fibrillas ſeorſim inveſtit. Unde fit ut ſæpiſſime, ubi hæc graviter læditur, nervorum è cerebro prodeuntium principia ſimul patiantur: adeóque partes capiti ſubjectæ, licèt diſſitæ, ſi graves ſint illius affectus, in conſenſum trahantur: proindéque naturali à ſtatu recedant.

Ratio cõſenſus inter caput & ſubjectas ipſi partes.

Pia Meninx, quemadmodum & craſſa, nerveis quamplurimis fibris intertexta eſt, ejúſque acutiſſimo ſenſui immanes cephalalgias adſcribendas eſſe nequaquam ambigimus. Hæc ut cerebrum, cui firmiter adhæret, arteriarum ope movetur.

CAPVT VI.

De Arteriis utramque Meningem, & cerebrum irrigantibus.

CArotidum propagines quatuor, binæ ſcilicet utrinque craſſam ſubeunt Meningem: earúmque duæ craſſiores, calvariam, per ſextum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 55 sur 315

ſextum par foraminum illius ingreſſæ, intra duplicem ipſius duræ matris membranam ſeſe primùm inſinuant: ac deinceps multifariàm diviſæ eam fermè totam irrigant, ut ſuperiùs indicavimus. *Vide Tabulam I. & Tabulæ XVII. figuram I.*

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrũ irrigantibus.*

Arteriæ duæ minores anticam craſſæ Meningis partem irrigantes, duplicem illius membranam penetrant. Illæ à carotidibus producuntur, dum adhuc intra quartum par foraminum cranij baſi inciſorum latitant: & utrinque anteriora verſus progreſſæ, in plures dividuntur ſurculos, qui in eam ferè tantùm duræ matris partem inſeruntur, quæ cerebri proræ baſim ambitu ſuo complectitur. *Vide Tabulæ XVII. figuram I.*

Cæterùm, venoſæ propagines, quæ modò deſcriptas comitantur arterias, in venas jugulares internas deſinunt: & in cavitates earum, quem devehunt, ſanguinem exonerant. Eas autem delineari non curavimus, cùm ipſarum, & arteriarum prædictarum par ſit diſtributionis ratio. Imò duorum hujuſmodi vaſorum propagines intra binas duræ matris membranas perreptantes, adeò proximè juxta-poſitæ ſunt, ut vix ab invicem ſecerni poſſint.

Arteriarum vertebralium propagines duæ, quas venæ in vertebrales venas deſinentes concomitantur, poſticam craſſæ meningis partem alluunt. *Vide Tab. I. & Tabulæ XVIII. figur. I. & II.*

Quamplurimis ſanè vaſis dura mater irrigatur; verùm pia Meninx elegantiore ipſorum apparatu inſtruitur; illa námque, tum venas è cerebri ſubſtantiâ emergentes, tum arterias omnes, quæ in ipſam inſeruntur ſuffulcit. Hæc autem vaſa in propagines innumeras & tenuiſſimas, ne inſenſiles dicamus, dividuntur, quæ mirum in modum, ubique ferè ſimul complicatæ, in retiformes plexus abeunt, qui piæ Meningi ſubtenduntur; quíque, licèt utplurimùm oculorum aciem fugiant, in ſtrangulatis, vel phrenitide extinctis hominibus maximè conſpicui ſunt; propterea quod in iis vaſa quibus conſtant, ſanguine turgent.

Non tantùm utramque alluunt Meningem carotides, & vertebrales arteriæ; ſed etiam innumeris earum propaginibus, quaſi rivulis circumfluis cerebrum ipſum irrigatur: Etenim Carotides, cùm primùm calvariam, per quartum par foraminum illius ingreſſæ ſunt, aſcititiâ craſſiore, quam à craſſa Meninge mutuantur, tunicâ obductæ, ſellæ equinæ lateribus appoſita receptacula ſubeunt, & inibi plures emittunt propagines, quas inferiùs deſcribemus; ubi ſcilicet,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 56 sur 315

©BIU Santé

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

ſcilicet, de rete mirabili Galeni agetur ; ac poſtea prædictâ aſcititiâ tunicâ craſſiore depoſitâ, & prædictis receptaculis ſuperatis ; unam ſtatim utrinque, infundibulo, & alteram nervis opticis impertiunt propaginem, ut videre eſt *in figura prima Tab. XVII.*

Et ſubinde duplex detegitur ramus arterioſus, carotidibus, & arteriæ cervicalis ramis ſuperioribus, adinſtar canalis communicationis, inter magna maria intermedius, iiſque inhians, *vide Tab.* IV.

Iis deprehenſis, & utroque nervo optico ad poſteriora reclinato, ſi poſteriores cerebri lobi, ab anterioribus, & anteriores à ſe invicem paululum diducantur ; illicò palam fit utramque carotidem, in duos dividi ramos, *anteriorem* ſcilicet & *poſteriorem*, è quibus plures emittuntur ramuli, qui anticam medullæ oblongatæ partem ſubeundo, innumeros ac capillaceos in ſurculos abeunt, qui in cineream illius ſubſtantiam inſeruntur, è qua innumeræ pariter & capillaceæ emergunt venulæ, quæ quartum ad ſinum tendunt, & in ipſum deſinunt. *Vide Tab. VII.*

Anteriores Carotidum rami, poſterioribus minores à truncis recedendo, in media cerebri baſi, inter utriuſque nervi olfactorij radices, ſimul coaleſcunt ; ac ferè ſtatim poſt coalitum disjunguntur, & exiguis quibuſdam emiſſis propaginibus, quæ nervos comitantur olfactorios, iterum uniuntur, & communem unum in canalem abeunt, qui in tres dividitur ramos, quorum laterales duo, anterioribus cerebri lobis proſpiciunt, eorúmque propagines quædam utrinque ad capitis anteriora reflexæ, & venulis in ſinus laterales deſinentibus comitatæ, per exigua foramina oſſi ethmoïdi inciſa è calvaria emergunt, (ſi unum aut alterum exceperis ſurculum, qui oſſis frontis interiora ſubit) & partim in papilloſa carne oſſi ethmoïdi ſubſtrata, partímve in membrana internam narium ſuperficiem obducente terminantur. *Vide Tab. XVII. fig. 1.* Tertius autem & medius communis ſuprà memorati canalis (productis exilibus quibuſdam propaginibus, quæ anteriores cerebri ventriculos ſubingreſſæ, parietes ipſorum & ſeptum lucidum alluunt, ac demum in plexus choroïdes deſinunt.) calloſum ipſum corpus ſuperſcandit, & in duos dirimitur ramos, qui multifariam diviſi, tum corporis calloſi dorſo, tum falci, tum utriuſque cerebri hemiſphærij partibus, quæ falcis latera pertingunt, inſternuntur. *Vide Tab. III.*

Poſteriores carotidum rami ab anterioribus recedentes, cerebri baſim, in duos lobos, ſeu in duas veluti provincias diſtinguunt, quarum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 57 sur 315

©BIU Santé

rum posterior anteriore multò latior apparet. *Vide Tab.* V. ji quò magis à truncis recedunt, eò magis divaricantur, adeò ut innumeras in propagines dirimantur, quæ exilissimis venarum in duræ matris sinus desinentium ramulis intertextæ, retiformes piæ Meningi, subtensos in plexus abeunt, uti superiùs notavimus, ac deinceps partim medullæ oblongatæ interiora subeunt, partim verò posteriores cerebri lobos, & totam ferè convexam illius partem irrigant. *Vide Tab.* IV. & V.

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrũ irrigantibus.*

Quemadmodùm arteriæ carotides necessariam cerebro penum suppeditant; sic etiam arteriæ vertebrales, toti cerebello, imò & quibusdam cerebri partibus prospiciunt. Etenim illæ, binis emissis calvariam subeundo ramis, qui per posticam crassæ Meningis partem distribuuntur, *Vide Tab.* I. & *Tab.* XVIII. *fig.* III. duas vel tres statim propagines exerunt; quarum aliæ ad interiora reflexæ, posteriorem, & laterales versus spinalis medullæ partes inclinantur: aliæ verò sursum tendendo, corpora olivaria, utrinque superscandunt, & posterioribus quarti ventriculi marginibus superatis, circa finem illius, quamplurimis, quartum versus sinum tendentibus venulis occurrunt, jisque plures interseruntur glandulæ, adeò ut ex hujusmodi arteriolis, venulis, & glandulis, simul intertextis unus componatur plexus. *Vide Tabul.* XII. cujus structura utriusque, anteriorum cerebri ventriculorum, plexus choroïdis structuræ non absimilis apparet. Unde fit, ut ipsum, unà cum clarissimo VVillisio, *quarti ventriculi plexum choroïdem* nominemus.

Posteaquam arteriæ vertebrales exiles modò descriptas propagines emiserunt; ex interno ipsarum latere, duo utrinque exeruntur rami, quorum *inferiores*, qui crassiores, semicirculi figuram aliquatenus æmulando. *Vide Tab.* IV. & V. & *Tab.* XVIII. *fig.* III. posticam medullæ oblongatæ partem ascendunt; ubi exiles emittunt surculos; quorum duo ad inferiora utrinque reflexi, circa principium posticæ, spinalis medullæ, regionis concurrunt, simúlque coalescendo, arteriosum unum canalem exiguum componunt, qui posticam ac mediam spinalis medullæ partem occupat; proindéque ipsum, *arteriam spinalem posticam* nuncupamus. *Vide Tab.* XVIII. *fig.* III. Alij verò quarti ventriculi plexui choroïdi, partim efformando impenduntur, ac posteà bini hujusmodi arteriarum vertebralium rami, in alios atque alios surculos abeundo, posticæ, necnon convexæ cerebelli parti prospiciunt, veníque duabus occurrunt, quæ posticam similiter, ac convexam cerebelli regionem percurrunt, & in quartum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 58 sur 315

©BIU Santé

Cap. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

finum definunt. *Vide Tab.* III. Cæterùm è venis & arteriis jam jam recenſitis, exiles quædam propagines cerebelli interiora ſubeunt, & ad cineream illiùs uſque ſubſtantiam protenduntur, quam inferiùs *rhomboïdeam* nuncupabimus : *Vide Tab.* XIII.

Superiores arteriarum vertebralium *rami duo*, qui ex interno ipſarum latere oriuntur, paulò antequam ſimul coaleſcant, tertio occurrunt ramo, qui modò ſupra earum coalitum, modò ex ipſo coalitu emergit. Et hæ ſunt arteriæ, quæ circa principium anticæ, ſpinalis medullæ regionis concurrendo, ſimul uniuntur, & unum producunt canalem, quem *arteriam ſpinalem anticam* nominamus. *Vide Tab.* XIX. *fig.* IV.

Notandum eſt quod arteria ſpinalis, nonnumquam ex unica vertebralium propagine conflatur, quæ modò ſupra ipſarum coalitum, modò in ipſo coalitu naſcitur. *Vide Tab.* IV.

Externis è lateribus arteriarum vertebralium, plures educuntur ramuli, qui nervos quoſdam è medulla oblongata prodeuntes comitantur, uti videre eſt *in figura prima Tab.* XVII.

Tandem arteriarum vertebralium altera, ad alteram proximè accedit, & ſuprà deſcriptis emiſſis propaginibus, ambæ in unum inſignem canalem abeũt, quem utpote ex arteriis vertebralibus, ſive cervicalibus ſimul unitis conflatum, *arteria cervicalis* nomine donamus, quæ duorum circiter tranſverſorum digitorum longitudinem exæquat, & mediæ proceſſus annularis baſi inſtrata, exiguos plures utrinque ramulos exerit. *Vide Tabulam* IV. qui tum prædicti proceſſus annularis, tum medullæ oblongatæ cineream ſubſtantiam penetrant, & in eam capillaceis quamplurimis finibus inſeruntur, ibidémque capillaceis pariter, quamplurimis venulis occurrunt, quæ poſtquam cinereâ eâdem è ſubſtantia emerſerunt, quartum verſus ſinum tendunt, & in cavitatem illius aperiuntur.

Arteria cervicalis, poſtquam modò recenſitos ramulos emiſit, circa ſupernam proceſſus annularis partem, in duos æquales dividitur ramos, quos *ſuperiores* ac *maiores* nominamus. Hi duas utrinque circa anteriora propagines emittunt, quarum primæ, ac minores *in Tabula quarta* abſciſſæ repræſentatæ, capillaceos plures in ramulos exiguum plexum referentes diviſæ, ſpatium depreſſum infundibulo, & proceſſui annulari intermedium irrigant, & albicantibus prominentiis duabus, pone infundibulum conſtitutis, infundibulo, necnon thalamis nervorum opticorum proſpiciunt : aliæ verò ad carotides accedunt & in ipſas deſinunt. *Vide Tab.* IV.

Præterea

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 59 sur 315

©BIU Santé

Præterea majores ac ſuperiores duo arteriæ cervicalis rami, circa poſteriora exiguos quoſdam ſurculos utrinque producunt, qui venulis in ſinus laterales deſinentibus comitati, nervorum quintæ, ſeptimæ & octavæ conjugationis fibrillis interſeruntur, ac demum tertiæ, necnon quartæ conjugationis nervis ſuperatis, uti videre eſt *in Tab.* IV. & V. inter poſticam cerebri & anticam cerebelli partem ſeſe inſinuando, in plurimas abeunt propagines, quarum aliæ poſteriores cerebri lobos, aliæ ſecundum duræ matris proceſſum, & aliæ anticam cerebelli partem adeunt, piæque Meningi appenſæ, jam nominatas per partes diſſeminantur. Aliæ verò eorumdem arteriæ cervicalis ramorum propagines, medullæ oblongatæ lateribus inſtratæ, & quibuſdam cum arteriolis emiſſis è carotidibus copulatæ, poſticam cavitatis anteriorum cerebri ventriculorum partem aſcendendo ſubeunt; & in aſcenſu glandulæ pineali, natibus, teſtibus, & internæ quarti ventriculi ſuperficiei exiliſſimos quoſdam ramulos impertiunt. Demum ulteriores iſtæ arteriarum propagines anteriores, cerebri ventriculos ſubingreſſæ, medullæ oblongatæ cruribus incumbunt; ibíque unà cum venulis quartum ad ſinum tendentibus, ejúſque cavitati inhiantibus, plexum unum choroïdem utrinque conſtituunt, cui non paucæ implicitæ ſunt glandulæ, quæ aliquando limpido, quem continẽt humore adeò turgent; ut pro majore vel minore illius copiâ, ipſarum unaquæque modò majoris, modò minoris piſi magnitudinem, & veſiculæ figuram acquirat, ut unà cum illuſtriſſimo Viro D. Chicoyneau ſuprà laudato, die ſecundâ menſis Iunij anni 1681. obſervavimus in capite Clariſſimi Viri D. D. DE COEUR DE CHESNE, in Suprema, dum in vivis ageret, ſubſidiorum Curia Monſpelienſi Senatoris integerrimi; vitæ cujus ultimũ diem clauſerat, prava pulmonum diatheſis, quã hydrocephalos exceperat. Intertextarum autem plexibus choroïdæis glandularũ aliæ, cum aliis communicant; quod die prædictâ à nobis obſervatum fuit; unam enim tantùm plexus unius choroïdis glandulam aperuimuis, per quã reliquæ digito leviter compreſſæ pellucidũ, quem continebant, humorẽ emiſerunt. Præterea quamplurimæ propagines venarum & arteriarum, quibus interſeruntur, in iis terminantur, ex quibus ipſas, quemadmodum & infundibulũ vaſorum lymphaticorum vices, quodammodo gerere conjicimus, aquoſum ſcilicet laticem quendam excipiendo, quem deinceps vel in tertium cerebri ventriculum, vel in quartum ſinum, eo quo, XVI. capite explicabitur, ritu exonerant. Cæterùm è plexibus choroïdæis, quædam emergunt venulæ & arteriolæ, quarum aliæ, anteriorum medullæ oblongatæ proceſſuum, & aliæ crurum illius interiora ſubeunt.

CAP. VI. *De Articulis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 60 sur 315

©BIU Santé

TABVLA IV.

Cerebri humani cranio exempti basim cum vasorum abscissorum radicibus exhibet.

A. A. A. A. *Cerebri basis in quatuor lobos distincta.*

B. B. *Binorum cerebri hemisphæriorum pars postica.*

C. C. *Cerebellum.*

D. D. D. D. *Crassæ meningis processus posticus, cujus pars postica exempta fuit.*

a. a. *Postici crassæ meningis processus partes, quæ ad latera paululùm reclinatæ, posteriores baseos cerebri lobos utrinque dividere videntur.*

E. E. *Sinus duo laterales anteriora versus reclinati, qui è calvaria emergendo, in specus rotundas* F. F. *in venas vertebrales* H. H. *ac demum in venas jugulares internas* G. G. *desinunt.*

F. F. *Specus rotundæ, in quas sinus laterales è calvaria emergendo abeunt.*

G. G. *Venæ jugulares internæ abscissæ.*

H. H. *Venæ vertebrales è sinibus lateralibus emergentes resectæ, quæ hîc paulò crassiores, quàm par sit, repræsentantur.*

*. *. *Sinus duo inferiores sellæ equinæ adjacentes, & in venas jugulares internas desinentes, abscissi, quorum originem videas in figur.* 1. Tab. XVII.

I. I. *Nervi olfactorij, sive nervorum è cerebro prodeuntium prima conjugatio.*

L. L. *Arteriarum carotidum trunci abscissi.*

b. b. *Canalis arteriosus, cujus interventu arteriæ carotides & arteriæ cervicalis rami superiores ac majores simul communicant.*

M. *Infundibulum ad anteriora reclinatum.*

c. c. *Albicantes prominentiæ duæ pone infundibulum constitutæ.*

N. N. *Tractus medullares è media ovalis centri regione educti qui ad anticam spinalis medullæ partem tendunt.*

d. d. *Nervi oculorum motorij, sive nervorum è cerebro prodeuntium tertia conjugatio.*

O. O. *Processus annularis.*

P. *Arteria cervicalis è vertebralibus simul coëuntibus emergens.*

e. e. *Rami superiores ac majores arteriæ cervicalis, qui hîc paulo minores, quàm par sit, repræsentantur.*

f. f. *Ramorum superiorum ac majorum* e. e. *arteriæ cervicalis propagines, quæ nervorum opticorum thalamos subeunt, & in cinerea ipsorum substantia terminantur.*

g. g. g. g. *Arteriæ cervicalis ramuli, qui processum annularem penetrant, & in cinerea substantia, medullaribus illius tractibus interseptâ desinunt.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 61 sur 315

©BIU Santé

Tabula. IV. folio. 36.



©BIU Santé



©BIU Santé



©BIU Santé

Tabula. V.



L. Spinx f.

Q. Q. *Arteriæ vertebrales abscissæ.*

h.h.h.h.&c. *Arteriarum vertebralium propagines abscissæ, quæ septimæ, octavæ, nonæ & decimæ conjugationis nervos comitantur.* Vide Tab. XVII. fig. I.

i. i. *Arteriarum vertebralium propagines abscissæ, quæ posticam crassæ Meningis partem irrigant.*

K. K. *Arteriarum vertebralium propagines interiores abscissæ, quæ exiguos quosdam surculos plexui choroïdi, qui in quarto cerebri ventriculo reperitur, impertiunt, & convexam cerebelli partem irrigant, uti videre est* in Tab. III.

l. l. *Arteriarum vertebralium exiguæ propagines interiores abscissæ, quæ per posticam & laterales spinalis medullæ partes, circa illius originem disseminantur, si quosdam ipsorum surculos excipias, qui plexui choroïdi, qui in quarto cerebri ventriculo reperitur, efformando impenduntur.*

m. m. m. m. *Arteria spinalis antica.*

R R. *Corpora pyramidalia.*

S. S. *Corpora olivaria.*

T. T. *Spinalis medulla ex transverso rescissa.*

TABVLA V.

Nervorum è cerebri basi prodeuntium originem apertè repræsentat.

A. A. *Anteriores baseos cerebri lobi, paululùm ab invicem diducti.*

B. B. *Posteriores baseos cerebri lobi anterioribus diducti, & nonnihil in semetipsos contracti.*

C. *Secundi duræ matris processus, cerebrum à cerebello distinguentis portio.*

4. 4. *Sinuum duorum lateralium apertorum & dilaceratorum vestigia quædam.*

D. D. *Cerebellum pluribus arteriarum propaginibus irrigatum, quæ in explicatione Tabulæ præcedentis designatæ fuerunt.*

E. E. *Nervi olfactorij.*

F. F. *Carotidum trunci.*

a. a. *Canalis arteriosus, cujus interventu arteriæ carotides & arteriæ cervicalis rami superiores ac majores utrinque simul communicant, abscissus.*

G. G. *Anteriores carotidum rami, ad se mutuò inclinati, qui antequam simul coalescant, plures emittunt propagines, quarum inferiores hîc delineatæ non fuerunt: hi paulò ad anteriora producti, in ductum unum abeunt, ex quo mox tres rami educuntur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 66 sur 315

©BIU Santé

H. H. *Nervi optici paulò infra coalitum resciſſi, & ſupra infundibulum I. reclinati.*

K. K. *Albicantes prominentiæ duæ, pone infundibulum conſtitutæ.*

L. L. *Tractus medullares ſtriatis è corporibus mediis emergentes, qui ſpinalem verſus medullam tendendo, medullares proceſſus annularis.* M. M. *tractus interſecant.*

b. b. *Arteriæ cervicalis ſuperiores ac majores duo rami abſciſſi, & ad latera reclinati.*

c. c. *Canalis arterioſus, carotidibus & ramis ſuperioribus ac majoribus arteriæ cervicalis intermedius, abſciſſus, & ad latera reclinatus.*

d. d. *Arteriæ duæ in Tabula præcedenti abſciſſæ, & hîc ad latera reclinatæ, quæ externæ ſuperficiei baſeos tertij ventriculi cerebri, albicantibus prominentiis duabus pone infundibulum conſtitutis, & ipſi infundibulo proſpiciunt.*

e. e. *Tertia nervorum conjugatio.*

f. f. *Quarta nervorum conjugatio.*

g. g. *Quinta nervorum conjugatio, paulò minor, quàm par ſit, repræſentata.*

h. h. *Sexta nervorum conjugatio.*

M. M. *Proceſſus è cerebello ad medullam oblongatam, ſeu protuberantia annularis major Villiſij.*

N. N. *Corpora pyramidalia.*

O. O. *Corpora olivaria.*

i. i. *Rami ſuperiores & duriores ſeptimæ nervorum conjugationis.*

k. k. *Rami inferiores ac molliores ſeptimæ ejuſdem nervorum conjugationis.*

l. l. *Octava nervorum conjugatio.*

m. m. *Nona nervorum conjugatio.*

n. n. *Decima nervorum conjugatio.*

o. o. *Nervi ſpinalis ad par vagum acceſſorij.*

P. *Medulla ſpinalis in ipſa origine abſciſſa.*

Q. *Proceſſus vermiformis poſterior.*

R. R. *Cerebelli portiones duæ juxta latera prædicti proceſſus vermiformis, nonnihil prominentes.*

S. S. *Arteriæ vertebrales hinc inde abſciſſæ, & ad latera reclinatæ.*

ANtequam carotidum & vertebralium arteriarum munia explicemus, ſequentes examinandæ ſunt quæſtiones.

Primò an arteriæ cerebrum irrigantes, in cinerea tantùm illius ſubſtantiâ terminentur. Secundò an ullæ ſint arteriarum cum venis intra calvariam anaſtomoſes. Tertiò an cerebrum moveatur, & an motus illius à ſolâ arteriarum pulſatione pendeat. Quod primam ad quæſtionem attinet; cùm omnia vaſa capillaria ſub ſenſum non cadant,

cadant, vix definiri poteſt, an capillares omnes arteriæ in glanduloſa cerebri ſubſtantia terminentur : an verò illarum , quæ medullam illius penetrant, ramuli quidam in ipſa deſinant ; Attamen ſi conjecturâ uti liceat , arterias glanduloſam tantùm viſceris illius ſubſtantiam irrigare veriſimillimum eſſe dicimus : quia plures, imò & innumeræ in cortice, ſeu in glanduloſa exteriore illius ſubſtantiâ cernuntur : at in medulla , quæ ipſi contigua eſt , vel nullæ vel pauciſſimæ apparent , ſecùs ac fieri debuiſſet , ſi ad eam , tanquam ad ultimum inſertionis ſuæ terminum pergerent ; has enim ſenſim imminui, non verò protinùs evaneſcere oportuiſſet. Adde quod arteriæ , quæ in infima, plures , quàm in ſuperna medullæ parte deprehenduntur, craſſioréſque apparent ; ipſam tantùm permeare videntur, ut ad cineream ſtriatorum corporum ſubſtantiam perveniant, quò ipſas tendere ſæpiſſimè deteximus : adeò ut omnia vaſa quæ medullam cerebri penetrant, cineream uſque ad ſubſtantiam illius protendi & in ipſa terminari veriſimillimum ſit ; eámque opinionem maximè probabilem reddit varius arteriarum cerebri diſtributionis modus, quo luce clariùs elucere nobis videtur, arterias quaſdam medullarem cerebri ſubſtantiam ſubire , non ut quicquam in ipſa deponant, ſed ut eam partẽ ſanguinis, quem devehunt, calore foveant, & poros illius in ea ſervent diſpoſitione, quæ tum ad propriam ejus nutritionem promovendam, tum ad liberum ſpiritus animalis commeatum neceſſariò requiritur. Etenim in partibus illis craſſæ meningis ſinibus juxta poſitis , aut cortici proximè ſubditis, vel nullæ, vel pauciſſimæ conſpiciuntur arteriæ, ut paulò ſuprà diximus, quod in ſectione capitis facilè obſervari poteſt. Paucas ſanè in fornice arterias obſervare licet, non multæ pariter in medullari poſteriorum cerebri limborum ſubſtantia cernuntur, quia partes iſtæ effuſo è plexibus choroïdæis, torculari, & ſinibus calore foventur. Nec multæ quoque cernuntur arteriæ in corpore calloſo, & eâ ſubſtantiæ medullaris parte , quæ ſupernam anteriorum cerebri ventriculorum partem conſtituit ; iis enim ſufficiens communicatur calor , vel ab arteriis , quæ corporis calloſi dorſo incumbunt, vel à ſanguine copioſo quem indeſinenter excipit ſinus longitudinalis. Paucæ tandem conſpiciuntur arterioſæ propagines, in tota cerebri, & cerebelli ſubſtantiæ medullaris externa ſuperficie, quæ ſcilicet cortici proximè ſubjacet ; ſiquidem huic neceſſarium ſuppeditant

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 68 sur 315

Cap. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irriganti-bus.*

ſuppeditant calorem innumera vaſa quibus cortex irrigatur: aſt eam medullarem ſubſtantiam, quæ à caloris fontibus ſeu à finibus intra craſſæ meningis proceſſus reconditis longè diſtat, & quæ mutuatio tantùm ſanguinis arterioſi calore potitur, quamplurimæ permeant arteriolæ, uti oculari inſpectione percipi poteſt: præſertim in infima quarti ventriculi parte, ubi plexus unus choroïdes reperitur: in ſubſtantia medullari, quâ ventriculorum cerebri anteriorum parietes conſtant: & in ea, quæ medullam oblongatam proximè amplectitur, ubi multò major, quàm alibi, arteriarum numerus & apparatus obſervatur: propterea quòd hujuſmodi partes multùm diſtant à focis, in quibus viget, & è quibus magnus, necnon blandus effunditur calor. Quæ cùm ita ſint arterias in medullarem cerebri ſubſtantiam, ad nutritionem illius inſeri nemo dicat; quia ſi ea arteriolis, ad proprium nutricatum indigeret, par eſſet ubivis earum numerus; cum par ubivis debeat eſſe nutritionis ratio; atque adeo ipſam è cinerea, in qua veluti radicatur, ſubſtantiâ, defœcatiſſimum ſuccum lymphaticum, quo ſcilicet nutriatur, depromere neceſſum eſt: quemadmodum totius corporis pili, è cute è quâ emergunt, nutricatus ſui materiam depromunt.

Medullaris cerebri ſubſtantia ſucco lymphatico nutritur.

Opinionem de qua nunc agitur hac confirmamus experientiâ, quâ ſcilicet, ligatis, mediam circa cervicem, carotidibus, ſpiritus vini croceo colore infectus, in alterutram carotidem pluribus iteratis vicibus, immittitur; tunc enim aperto capite, cinerea tantùm cerebri ſubſtantia croceo colore imbuta reperitur; imò albo, necnon naturali immutato ſubſtantiæ medullaris colore, pleraque è vaſis ipſam permeantibus, immiſſo croceo liquore repleta apparent: quod certum indicium eſſe videtur, nihil immiſſi in alterutram carotidem liquoris, per medullarem cerebri ſubſtantiam diffundi, dum ſupra allata tentatur experientia; dummodo liquor magnâ ſine vi, & ſufficientem tantùm ad quantitatem, in carotidis cavitatem injiciatur: ne propter propaginum illius ruptionem, injectus liquor, ad cineream cerebri ſubſtantiam devehendus, per medullam ipſius diffundatur: ex quibus non tantùm omnia vaſa cerebri ſubſtantiam ſubeuntia, in cortice illius terminari; ſed etiam arterias cum venis non coire inferre nobis liceat. Arterias ſanè cum arteriis, & venas cum venis, tum in capite, tum in pluribus aliis corporis partibus coire certum ac indubitatum eſt: verùm licèt arterias & venas, ſaltem in plexibus choroïdæis, per extremos; & exiliſſimos quoſdam fines, immediatè

ſimul

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 69 sur 315

ſimúl conjungi veroſimile ſit; arterias tamen quæ cerebri ſubſtantiam irrigant, cum occurrentibus venis non coïre, ſuprà allata evincit experientia: Nam ſi liquor, qui ex arteriis excidit, in venas immediatè illaberetur, peractâ injectione, cinerea cerebri ſubſtantia injecto liquore, quo ſemper infecta reperitur, nec tincta, nec imbuta foret; ex quo fit ut nemini dubium eſſe debeat, quin ſanguis arterioſus, intra calvariam, cerebri & membranarum ejus ſubſtantiam, priùs ſubeat, quàm à venis excipiatur. Sique res aliter ſe haberet, vix cerebri, & reliquarum corporis partium nutritionis modus explicari poſſet; niſi quis arteriarum alias, ſanguinem in venas immediatè exonerare, & alias ipſum, in ſubſtantia quadam arteriarum, & venarum oſculis intermedia, deponere dicat: quod minimè veroſimile videtur.

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

Quod tertiam ad quæſtionem ſpectat, univerſam cerebri molem, præſertim ubi ab oſſibus calvariæ nonnihil diſtat, naturaliter intumeſcere, & mox detumeſcere aſſerimus, & unico confirmamus experimento, quo nempe canis, vel alterius bruti caput aperitur; ſiquidem ipſo aperto, calvariæ oſſibus ſingularum externæ cerebri ſuperficiei circumvolutionum veſtigia apprimè, & profundè inſculpta reperiuntur. Exterioris autem hujuſmodi circumvolutionum figuræ veſtigia calvariæ interioribus nunquam imprimerentur, ſi cerebrum omni motu privaretur; craſſam namque meningem, calvariæ & cerebro interjectam; inciſas cranio foveas effingere nemo dicet; motum verò cerebri, à ſolo arteriarum, quibus irrigatur, motu pendere dicimus; nam cùm eæ tantùm ſolidæ corporis partes, quæ vel muſculis, vel fibris muſcularibus donatæ ſunt, per ſe naturaliter moveantur, cerebrum utpote molle, fibriſque nullis muſcularibus donatum, per ſe moveri, dicendum non videtur. Quæ cùm ita ſint, craſſam meningem à cerebro tantùm moveri exiſtimet nemo; cùm hæc, quemadmodum & cerebrum ſuis inſtructa ſit arteriis, à quibus indeſinenti ſyſtoles & diaſtoles motu agitatis, ipſa, partim ſaltem movetur.

Arteriarum tum carotidum, tum vertebralium munia ſunt, ut aſcenſurum ad caput ſanguinem devehant; earum autem propagines, antequam in corticalem cerebri ſubſtantiam inſerantur, unà cum obviis venarum propaginibus, quamplurimos abeunt in plexulos, quos piæ meningi retis multiplicis adinſtar ſubtenſos, eíque appenſos eſſe anteà diximus; anguArteriarũ carotidũ & vertebralium munia.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 70 sur 315

©BIU Santé

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrum irrigantibus.*

ſtiſſimæ verò, & variè complicatæ prædictarum arteriarum divaricationes, ſanguini quem deferunt attenuando à natura aptæ comparatæ ſunt; Etenim cùm corticis cerebri pori inſenſibiles, & emergentium ex ipſo venularum oſcula pariter inſenſilia ſint; ſi dum ſanguis per arterioſas modò recenſitas propagines, veluti per ſerpentinos alembici canales diducitur, tenuior ac ſubtilior non evaderet; vix primùm concipi poſſet, quomodo is ad extremos & anguſtiſſimos earum fines perveniret: minùs inſuper concipere liceret, quomodo tenuiores ipſius ex arteriis elapſæ particulæ, in inſenſilem ſpiritum animalem abirent, & quomodo craſſiores inſenſilia venularum oſcula ſubituræ inſenſiles corticis cerebri poros permearent.

Nec tantùm arteriæ carotides & vertebrales, intra calvariam, in innumeros & anguſtiſſimos ramulos abeunt, ut ſanguinem cerebro ſuppeditent, qui iis præditus ſit qualitatibus, quæ neceſſariæ ac prærequiſitæ ſunt, ut ex eo idonea ſucci nutritij cerebri, & ſpiritus animalis materia elici poſſit: ſed etiam ut laticis hujus debitam ſolùm quantitatem, ſenſim nobili huic affundant viſceri, quòd frequentibus obnoxium eſſet inundationibus, ſi arteriis in anguſtiſſimas propagines abeuntibus ipſum non inſtruxiſſet natura.

Cùm arterias carotides & vertebrales unius lateris cum carotidibus & vertebralibus alterius lateris, ac præterea carotides ipſas, cum vertebralibus intra calvariam uniri ſuperiùs dixerimus; antequam ipſarum hiſtoriæ finem faciamus, hujuſmodi inoſculationum & unionum rationes exquirendæ videntur. Hæc autem vaſa, eo, quo explicatum fuit, ritu, haud dubiè ſimul conjunxit natura, ut ſanguini in diverſas cerebri plagas devehendo, in ſingulas multiplex, eáque certior via pateat; adeò ut uno fortè, aut altero præcluſo aditu, alius tamen ſuccedaneus facilè reperiatur, unde fit ut, ſi carotides, vel vertebrales unius lateris arteriæ occludantur, lateris alterius vaſa utrique provinciæ proſpiciant. Imò carotidibus utriſque occluſis, vertebrales ſingularum munera obeunt, & viceverſâ, vertebralium obſtructarum defectus, carotides reſarciunt. Ad hunc modum, uti clariſſimus obſervavit VVilliſius, ne ſanguinis in qualibet cerebri parte affluxus deficiat, ſingulari artificio cautum eſt. Nam cùm laticis hujus, quatuor ſint diſtincti & ab invicem remoti

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 71 sur 315

©BIU Santé

remoti aditus : ſi quando tres eorum occludi contigerit, per unicum tantùm devectus ſanguis reliquorum omnium canales & ductus illico ſupplebit ; hoc autem ita fieri poſſe eo comprobatur experimento, quo tinctus atramento liquor in alterutram carotidem injicitur ; tunc enim carotidis utriuſque rami, imò & præcipuæ arteriarum vertebralium propagines eâdem tincturâ inficiuntur : quinetiam ſi hæc injectio per unicum aditum aliquoties iteretur, vaſa quemlibet cerebri & cerebelli angulum & receſſum perreptantia, eodem colore imbuuntur. Hinc planè conſtat, quòd inter arterias cerebrum irrigantes communicatio habeatur, ut ad unam & eandem illius partem plures pateſcant viæ, & vaſorum, quæ ipſi ſeorſim proſpiciunt munia ab aliis vicinis obiri poſſint : ſi quando ipſa occludi contingat. Suprà laudatus VVilliſius, anatomes cerebri Cap. VII. præclaram affert obſervationem, quæ ſuprà dictis confirmandis plurimùm conducit. Non ita pridem, inquit, cujuſdam defuncti cadaver diſſecuimus, quem ſcirrhus intra meſenterium ingens ac demum ulceroſus extinxerat : in eo dum, cranio aperto, quæ ad ἐγκέφαλον pertinebant luſtravimus ; carotidem dextram intra cranium emergentem, planè oſſeam ſeu potiùs lapideam (cavitate ejus ferè in totum occlusâ) invenimus : adeo ut ſanguinis influxu hâc viâ denegato, mirum videatur, quare æger non priùs interiiſſet apoplecticus : quod equidem in tantùm abfuit, ut mentis ſuæ & functionis animalis libero exercitio, uſque ad extremum vitæ momentum potiretur. Enimverò contra illud apoplexiæ periculum, natura remedium ſatis idoneum ſubſtituerat : nimirum ex eodem latere, quo carotis defecerat, arteria vertebralis tubuli mole auctâ, pari ſuâ alterius lateris triplo major evaſerat : quippe ſanguis carotide excluſus, vertebralis ſolito vectigali ſeſe inſuper addens, & duplicato fluvio, in eundem alveum confluens, arteriæ iſtius canalem ita ſupra modum dilataverat. Vir egregius, inquit, circa initium ægritudinis ſuæ, atroci capitis dolore, juxta latus ſiniſtrum torquebatur, cujus cauſa, neſcio an probabilior aſſignari poſſit, quàm quòd ſanguis carotide dextrâ excluſus, cùm primò in ſiniſtram impetuoſiùs irrueret, membranam diſtenderat ; ideóque idem affectus poſtea ſponte evanuit, nimirum ſanguine ſuperfluo per arteriam vertebralem derivato.

CAP. VI. *De Arteriis utrãque Meningem, & cerebrũ irrigantibus.*

Mancus forſan de vaſis cerebri tractatus videbitur, quòd ni-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 72 sur 315

©BIU Santé

hil de vasis lymphaticis dixerimus. Verùm in scribendo, veritati potiùs, quàm ornatui studentes, tractatum istum mancum videri malumus, quàm falsa supponere, aut saltem ea quæ nunquam detegere potuimus. Volumus tamen cerebrum partibus quibusdam instructum esse, quæ vasorum lymphaticorum munia quodammodo præstent, uti superiùs notavimus, ubi plexus choroïdæos descripsimus, qui thalamis nervorum opticorum incumbunt.

CAPUT VII.

De rete mirabili.

CAP. VII. *De rete mirabili.*

POsteaquam præcedenti capite, singulas tum carotidum, tum vertebralium arteriarum divaricationes descripsimus, quæ vel per utramque meningem, vel per cerebrum disseminantur: supereſt tantùm ut hîc loci eas carotidum propagines describamus, quæ in rete mirabile Galeni, quibusdam in animantibus, abeunt.

Carotides arteriæ, dum intra bina receptacula, sellæ equinæ lateribus apposita, nonnihil intortæ & in semetipsas inflexæ reconduntur; quin anteriores nervorum quintæ conjugationis ramos, & glandulæ pituitariæ latera immediatè tangant, exilissimas plures emittunt propagines, quarum aliquæ ad anteriora tendendo, nervos opticos subeunt: aliæ quæ jamjam memoratorum receptaculorum partem supernam respiciunt, eíque adhærent, insensilium ferè surculorum interventu, simul coeunt, & exigui plexus retiformis figuram æmulantur: aliæ versus pituitariam glandulam feruntur, & in illam inseruntur: aliæ ad plexus ganglioformes nervorum quintæ conjugationis tendunt, & in iis terminantur: & aliæ quæ retrorsum inclinantur, simul paululum complicantur, ac deinceps (crassâ meninge perforatâ) ut internam, spongiosamque ossis Sphœnoïdis substantiam adeant, per ea transeunt exigua foramina, quæ scilicet posticæ ossis ejusdem Sphœnoïdis parti, & lateribus illius, juxta sinuum duorum sellæ equinæ adjacentium originem incisa sunt.

Arteriæ carotides suprà recensitis propaginibus emissis, dum adhuc intra calvariam humanam sub crassa meninge reconduntur, cerebrum versus ascendendo, crassam eandem meningem perforant, & inter processus internos anteriores ossis Sphœnoïdis, & nervos opticos, quos immediatè tangunt, viam sibi faciunt; ac postea eo, quo,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 73 sur 315

©BIU Santé

quo, præcedenti capite explicatum fuit ritu, exteriora & interiora cerebri irrigant. Cæterùm cum illæ in homine, imò & in cane, equo, & pleriſque aliis animantibus, dum intra bina ſellæ equinæ lateribus appoſita receptacula continentur, pauciſſimas aliquando exſerant propagines, quarum aliæ ab aliis diſtinctæ, aut ſaltem parum inter ſe complicatæ apparent: nemini mirum videatur, quòd in homine, cane, equo, & nonnullis aliis animantibus, rete mirabile ſemper, vel perexiguum eſſe, vel deſiderari dicamus: nec ideo in iis vel perexiguum eſt, vel deſideratur, quòd venoſa vaſa prædictorum receptaculorum cavitates non ſubeant: ſed tantùm quòd in ipſis arteriæ carotides, pauciores, ac minores emittant propagines, quàm in iis, quæ vero rete mirabili Galeni donantur, in quibus utraque carotis, cùm primùm calvariam ſubiit, in propagines, è quibus illud conflatur tota ferè abiit: ex quo fit ut carotides animantium in quibus amplum rete mirabile reperitur, multò minores ſupra, quàm infra utrumque plexum retiformem ſemper exiſtant: cùm è contra in homine, cane, equo, & aliis quibuſdam animalibus, in quibus vel perexiguum eſt, vel deſideratur rete mirabile, quam infra ipſum habent magnitudinem carotides, eandem fermè ſupra ipſum retineant; uti oculari inſpectione patet: adeò ut illas, dum intra calvariam ſub dura matre latent, in cane, equo, &c. paucas ut plurimùm, & aliquando pauciſſimas propagines emittere conſtet. Verum illæ in vitulo, ove, & pleriſque aliis animantibus, innumeros ferè in ramulos abeunt, è quibus ſimul complicatis, inſignis utrinque plexus conflatur, quem Galenus ob figuræ quandam æmulationem rete mirabile nominavit. Etenim ji ſimul coëundo mirum in modum in ſemetipſos contorquentur, & in convolutiones, funiculorum retis convolutionibus non abſimiles abeunt. Vnde fit ut dicamus, rete mirabile eſſe plexum vaſorum, intra bina receptacula, ſellæ turcicæ lateribus appoſitare conditum, qui è pleresque tantùm arteriarum carotidum propaginibus, vel in ſemetipſas inflexis, vel ad ſe invicem inclinatis, ſimúlque coëuntibus componitur. Hoc autem quibuſdam in animalibus, longè majus eſt ac multò plures vaſorum, quibus conſtat, divaricationes continet, quàm illud ipſum in aliis. In vitulo, ove, capra, & cæteris, quæ herbaceis veſcuntur, ejus compages magis ampla, magíſque complicata eſt, quàm in fele aliíſque brutis carnivoris, & calidioribus; & dum retis ejuſdem mirabilis compages amplior eſt, longè plures arteriarum ſurculos ab ipſo reci-

CAP. VII. *De rete mirabili.*

Quid rete mirabile.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 74 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De rete mirabili.*

pit glandula pituitaria : & rete alterum alteri ſurculos impertit, quibus intermediis ſimúlque coëuntibus, alterum cum altero communicat; uti eâ comprobatur experientiâ, quâ infra calvariam, in alterutrius arteriæ carotidis truncum atramentum injicitur, tunc enim plexus utriuſque vaſa, eâdem tincturâ inficiuntur, & liquor atratus ex arteriæ oppoſitæ trunco abſciſſo effluit.

Clariſſimus VVilliſius Cap. I V. Anatomes cerebri rete mirabile, venis, arteriis, & fibris nervoſis conſtare aſſerit; verùm parcet tantus vir, ſi nos unà cum peritiſſimo Rolfincio, plexum utrumque retiformem, carotidum tantùm propaginibus, veníſque nullis conſtare aſſeruerimus; quod oculis percipitur, & eâ comprobatur experientiâ, quâ ligatis circa mediam cervicem carotidibus, liquor aliquis, alterius à ſanguine coloris, in truncos ipſarum prope ſellam equinam injicitur ; tunc enim apertis per ſuperiora receptaculis, ſellæ turcicæ lateribus appoſitis, ſingula retis mirabilis vaſa, injecto, quem excipiunt, liquore intumeſcere manifeſtè apparet, & tamen injecti ejuſdem liquoris, vel nihil, vel parum in recenſita receptacula, in quatuor ſellæ equinæ adjacentes ſinus & internas venas jugulares illabitur. Diximus vel parum ; quoniam fieri poteſt, ut pauca injecti liquoris portio, quæ ſubit cavitates arteriolarum, quæ per ſpongioſam oſſis Sphœnoïdis partem diſſeminantur, obviis à venulis reſorbeatur, & per eas partim ad cavitates, intra quas utrumque reconditur rete mirabile, & partim ad quatuor inferiores ſellæ equinæ adjacentes ſinus, ſenſim & quaſi guttatim feratur. At ſi plexus uterque retiformis, venis cum arteriis intertextis conſtaret, cùm hujuſmodi venæ vel in ſinus quatuor ſellæ equinæ adjacentes, vel in venas jugulares internas deſinerent, dum ſuprà allatum tentatur experimentum : injectus in carotidum truncos liquor, è plexibus retiformibus, vel in ſuprà recenſitos ſinus, & ex iis, in venas jugulares internas, vel immediatè in eaſdem venas jugulares, non ſenſim & quaſi guttatim, ſed citiſſimè & affatim illaberetur. Verùm dicet aliquis; quò tendit, & quibus à vaſis reſorbetur ſanguis, qui intra utrumque rete mirabile perenni circulatione movetur ? Ad hoc facilè quivis reſpondere poterit, modò priùs animadverterit, quòd propaginum è carotidibus, intra calvariam, ſub dura matre reconditis, emiſſarum, ſive in animantibus, quibus ineſt rete mirabile, ſive in iis in quibus deſideratur, aliæ, quæ exiliſſimæ ſunt, nervos comitantur opticos, earúmque

Rete mirabile ex arteriis tantùm conflatur.

ſanguis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 75 sur 315

ſanguis ſociis à venis, laterales in ſinus deſinentibus excipitur: aliæ glandulam pituitariam adeunt; ut aquoſum, quem devehunt, ſanguinem in ipſam exonerent, qui iis à venis ſenſim reſorbetur, quæ è glanduloſo ejuſmodi corpore, anticam verſus ſinuum lateralium partem tendunt, eorúmque cavitatibus inhiant: aliæ nervorum quintæ conjugationis plexum ganglioformem ſubeunt, tenuémque illi ſanguinem affundunt, cujus reſiduum intertextæ ipſis venulæ quædam in ſinus laterales deſinentes reſorbent, & aliæ poſtquam craſſæ meningi, quæ ſellæ equinæ poſteriora inveſtit, exiles quoſdam ramulos impertitæ fuerunt, internam ſpongioſámque oſſis Sphœnoïdis ſubſtantiam permeant, ibíque totum quem deferunt ſanguinem effundunt, qui iis excipitur venoſis à vaſis, quæ ex interioribus prædicti oſſis Sphœnoïdis emergendo, vel in ſinibus inferioribus ſellæ equinæ adjacentibus, vel in craſſa meninge, quæ ſellæ ejuſdem equinæ baſi inſternitur, perexiguis hiantibus oſculis terminantur. CAP. VII. *De rete mirabili.*

Notandum eſt, quòd dum utriuſque carotidis propagines, vel aquâ, vel ſpiritu vini ablutæ, intra calvariam ſub dura matre inveſtigantur, & ſingulatim deteguntur, ipſarum aliquæ cæteris minores, & ſanguinis inanes fibrarum nervearum colorem nonnihil referre videntur. Quod Clariſſimum VVilliſium haud dubiè induxit, ut fibras quaſdam nerveas plexus utriúſque retiformis conſtructionem ingredi putaret: quod falſum eſſe quilibet percipere poterit, ſi tum fibrarum nervearum, tum nervorum, qui prædictum utrumque plexum retiformem ſubeunt, origines & inſertiones inveſtiget, & detegat. Nam licèt verum ſit, quòd nervorum oculos moventium, & nervorum ſextæ conjugationis trunci; dum intra calvariam, ſub craſſa meninge latitant, retis utriuſque mirabilis flexus ſubeant: ulteriùs tamen progrediuntur, & huic conflando minimè impenduntur: quemadmodùm nec propago una utriuſque nervi ſextæ conjugationis, quæ dum intra receptacula, ſellæ turcicæ lateribus appoſita continetur, ad capitis exteriora tendendo, nerveas propagines duas, ab anterioribus nervorum quintæ conjugationis ramis emiſſas, & ad interiora calvariæ nonnihil inclinatas utrinque admittit, & in nervum intercoſtalem abit, qui circa originem ad poſteriora reflexus, arteriæ carotidi ſeſe ſubjicit, & inter externam propriam, & aſcititiam illius tunicam rependo è calvaria emergit.

Retis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 76 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De rete mirabili.* Retis mirabilis munia.

Retis mirabilis munia facilè internoscentur, modò priùs animadversum fuerit, quòd animalia, quibus illud inest, ea saltem quorum similia secare licuit, prono ac pendulo capite vescuntur, & incedunt: ac præterea, quod in calvaria eorum binæ desiderantur cavitates, quæ in calvaria humana, intra os cuneiforme, subtus sellam equinam excavatæ reperiuntur, & ad quas delati ad caput sanguinis aquosior quædam pars amandatur, uti *Cap.* XV. explicabitur; ex quibus colligi potest, supremam Intelligentiam, quæ omnia rectè fecit, factáque sapienter regit, quibusdam in animantibus, geminum construxisse rete mirabile: in primis ut in eo ascensuri ad cerebrum, per arterias carotides, sanguinis impetus infringatur, motúsque illius placidior efficiatur: ne scilicet ob pronum pendulúmque capitis situm, à sanguinis velociùs, & copiosiùs irruentis inundatione cerebri moles opprimatur; secundò ut crassiores sanguinis ejusdem ad cerebrum pariter ascensuri partes, eodem in rete mirabili (variis cujus in flexibus invicem atteruntur) nonnihil attenuentur, simulque aquosiores illius particulæ, à reliquis purioribus, & partim in spiritum animalem abituris secernantur, ac subinde ad glandulam pituitariam amandentur.

Notandum est, quòd licèt in cane, quemadmodum in homine, vel desideretur, vel saltem perexiguum sit rete mirabile; unicus tamen & parvus sinus, subcinereâ, spongiosáque substantiâ quádam repletus, intra os cuneiforme, subtus anticam sellæ equinæ baseos partem, excavatus, in illo reperitur. Nec mirum est, quòd binæ, quæ turcicâ sub sellâ reperiuntur cavitates, in cane desiderentur; cùm sanguis caninus, minore quàm humanus seri copiâ imprægnatus sit. Ac proinde prædictæ cavitates in osse cuneiformi hujus animalis frustrà excavatæ viderentur; cùm vix necessum sit, ut à sanguine illius ad cerebrum ascensuro, & partim in spiritum animalem abituro, aquosæ quædam partes secernantur.

CAPVT VIII.

De Infundibulo.

Quid infundibulum.

INfundibulum est vas piâ meninge obductum, molle, subcinereum, & breve, tertio cerebri ventriculo inhians, nervorum opticorum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 77 sur 315

©BIU Santé

opticorum coalitui immediatè poſtpoſitum, & glandulæ pituitariæ inſitum, quod aquoſo cuidam humori è cerebro mananti excipiendo, & ad glandulam pituitariam tranſmittendo à natura dicatum eſt. CAP. VIII. *De Infundibulo.*

Quanquam infundibulum vas eſſe dixerimus, & illud hujuſmodi nomine, non prorſus indignum eſſe cenſeamus: cùm ea pars illius, quæ in tertium cerebri ventriculum aperitur, manifeſtè cava appareat: illius tamen ſtructura, à naturali reliquorum corporis vaſorum texturâ in hoc diſcrepat; quòd id merè membranoſum non ſit: nec quemadmodum reliqua vaſa ſenſili meatu, ſecundùm totam extenſionem ſuam donatum appareat; ſiquidem inferiorem partem illius, qua videlicet in glandulam pituitariam inſeritur, inſenſilibus tantùm poris inſtructam eſſe, oculari inſpectione patet, & hoc comprobatur experimento, quo ſpiritus vini croceo, vel quopiam alio colore infectus, in tertium cerebri ventriculum per ſuperiora apertum, ſiphunculo immittitur: Etenim dum prædictum tentatur experimentum: injecti ſpiritus vini ſubtiliſſimæ ſolùm particulæ, non citò, ſed tantùm ſenſim infundibulum præterlabuntur, & pituitariam ſuper glandulam decidunt: cujus ſupernam, & laterales tantùm partes alluunt, uti manifeſtè patet, dum hæc ſuprà allato experimento peracto, in fruſta ſecatur; injecti namque liquoris colore, interior ejus ſubſtantia nullibi infecta apparet.

Etſi infima infundibuli pars ſenſili cavitate inſtructa non ſit, uti modò diximus, illud tamen utpote partim cavum & partim ſpongioſâ, proindéque laxis poris donatâ, ſubſtantiâ conſtans, aquoſo cuidam humori excipiendo, ac excernendo maximè aptum nobis videtur. Verùm ut excretionis iſtius modus non nemini innoteſcat: notandum eſt primò, eam vaſis iſtius excretorij partem, quæ nimirum glandulæ pituitariæ innititur, in duos ramos dividi; quorum unus ſuperiori ac mediæ prædictæ glandulæ regioni inſidens, & adhærens, figuram nonnihil rotundam primùm ſervando, & deinde in membranam abeundo, poſticum verſus oſſis Sphenoïdis proceſſum tendit, ipſíque unà cum ſubjecta glandula connectitur. Alter verò ad anteriora tendendo, adinſtar membranæ paululùm expanditur, & anteriori glandulæ pituitariæ parti ſeſe ſubjicit, uti in calvaria ovina facilè conſpici poteſt, in qua exterior infundibuli ſuperficies, mediante piâ meninge, cum dura matre laxè conjungitur, propterea quòd

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 78 sur 315

©BIU Santé

Cap. VIII. *De Infundibulo.*

in ove amplum & subrotundum foramen, in ea duræ matris parte, quæ sellæ equinæ superiora obducit, secundum naturam relinquitur, quod in homine, vitulo, & pluribus aliis animantibus aliter sese habet. Etenim in iis exterior infundibuli facies, hujusmodi foraminis marginem propiùs attingit, ipsíque, piæ meningis interventu cohæret. Notandum est secundò, quòd in cane, prædictum vas excretorium amplius est, sed brevius, quàm in homine; illius enim cavitas ad glandulam usque pituitariam producta manifestè patet. Præterea illud in cane secus ac in homine, vitulo, ove, & plerisque aliis animalibus, supradictæ glandulæ indivisum insidet, & unitur, tenuissimáque membranâ obducitur, quæ ulteriùs extensa subjectam glandulam proximè complectitur. Structurâ, sitúque infundibuli spectatis, connexionis, & societatis, quam cum cerebro, & glandula pituitaria habet, rationibus æquo judicio perpensis, unicum illius usum esse, ut aquosum, seu lymphaticum quemdam è cerebro depluentem humorem, majoris adinstar vasis lymphatici excipiat & pituitariam versus glandulam sensim transmittat, non autumare non possumus: Etenim cùm intertextarum plexibus choroïdæis glandularum usus sit, ut sanguinis calvariam subeuntis, spiritúsque animalis materiam suppeditantis, aquosiorem partem, desinentibus in ipsas ab arteriis depositum excipiant, quæ deinceps per insensiles rarissimæ, quâ obducuntur, membranæ poros, eo quo *Cap.* XVII. explicabitur, ritu, sensim transfluit, & partim per vulvam, partímve per anum, in tertium cerebri ventriculum delabitur: nullus esse videtur ambigendi locus, quin aquosus omnis humor è glandulis, quæ plexuum choroïdæorum vasis interseruntur, sensim effluens, ad infundibulum deferatur, ipsúmque deorsum tendendo præterlabatur, cùm ipse aliorsum derivari nequeat.

Infundibuli usus.

Præterea verisimillimum est, vaporosa delati ad caput sanguinis effluvia, partim è calvaria per poros illius erumpere, & partim ad excavatos intra cerebrum ventriculos tendere, ac in iis limpidam in aquam condensari, quæ prædictum super vas excretorium decidat: adeò ut lymphaticus omnis latex, qui puriſſimi adinstar roris è cerebro depluit, ubi per infundibulum transiit, subtus eam membranam fluat, quâ superna glandulæ pituitariæ pars obtegitur; & ubi leniter subterfluendo, ad anticam & laterales usque pituitariæ ejusdem

©BIU Santé

dem glandulæ partes delatus fuit, per insensiles rarissimæ, quâ investiuntur, membranæ poros sensim transfluat; & in bina sellæ equinæ lateribus apposita receptacula delabatur, uti *Capite sequenti* explicabitur. CAP. IX. *De Glandulâ pituitaria.*

CAPUT IX.

De Glandula pituitaria.

HAbitâ eorum omnium ratione, quæ in sectione glandulæ pituitariæ observari solent, eam corpus esse dicimus subalbocinereum, nonnihil molle, vasis sanguiferis intertextum, membranis undiquaque obductum, & propriam intra sellam in medio ossis cuneiformis excavatam reconditum. Quid glãdula pituitaria.

Cùm partium quarumvis muniorum cognitio, potissimùm à notitia structuræ ipsarum pendeat: ut genuina glandulæ, quam modò descripsimus munia, internoscere possimus: genuinam illius structuram accuratè, quantùm fieri potest, investigare debemus: proindéque crassa meninx, ubi sellæ turcicæ superiora obducit, ab anterioribus ad posteriora secanda, ab internis prædicti ossis cuneiformis processibus secernenda; & utrinque ad latera reclinanda est: donec receptaculorum sellæ equinæ lateribus appositorum cavitates planè conspici possint; iis enim accuratè peractis, anticam inter glandulæ, de qua hîc agitur, partem, & superstratam crassam meningem, brevis imprimis detegitur ductus, qui in prædicta receptacula aperitur: unde fit, ut illius interjectu, ipsorum alterum cum altero communicet.

Præterea tum hanc Glandulæ ejusdem partem, quam brevis ejusmodi ductus occupat: tum latera illius, adeò tenui & rarâ piæ meningis, infundibulum investientis productione obtegi, oculari inspectione patet, ut hæc ferè insensilis sit; ex quo fit, ut manantem è cerebro aquosum humorem, per eam transfluere *Capite præcedenti* dixerimus.

Demum glandulam pituitariam crassâ meninge intermediâ, anticæ & posticæ sellæ turcicæ parti arctè adhærere, & intra ipsam suspensam teneri detegitur: adeò ut infima illius pars, quam crassa densaque duræ matris productio arctissimè complectitur, prædictæ sellæ turcicæ basim minimè attingat: quod à natu-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 80 sur 315

©BIU Santé

CAP. IX. *De Glandula pituitaria.*

ra cautè comparatum eſt : ne ſcilicet hæc glandula , ſanguinis, per vaſa quorum oſcula in membrana mediæ ſellæ equinæ inſtrata conſpiciuntur , ex interioribus oſſis Sphœnoïdis revehendi motum inhibeat.

Glanduloſum hoc corpus , cujus texturam nunc ſcrutamur, intra obducentes membranas , quæ in vitulo, ove, & pleriſque aliis animantibus , multò craſſiores ſunt, quàm in homine, modò laxiùs , modò ſtrictiùs continetur. Nam in cane , fele , & quibuſdam aliis animalibus (uti Clariſſimus obſervavit VVilliſius) unà cum infundibulo amoto divellitur, & tunc molem ejus glandulis duabus inter ſe diſtinctis , & facilè ab invicem ſeparabilibus conſtare percipitur. Verùm in homine , vitulo , ove, & multis aliis, ex omni parte, ſi eam excipias , quâ ipſi primò infundibulum innititur , inveſtientibus à membranis immediatè tangitur. Hoc in animantibus , quibus ineſt rete mirabile ; & in quibus nullæ ſubtus ſellam equinam cavitates reperiuntur , majus eſt quàm in homine ; in quo rete mirabile nullum , aut ſaltem perexiguum eſt , & in quo amplæ duæ ſpecus , intermedio oſſe tenui ab invicem diſtinctæ , intra os cuneiforme ſubtus ſellam equinam excavatæ reperiuntur : quas ad ſpecus aſcendentis ad caput ſanguinis aquoſam quandam partem amandari dicemus , ubi de muniis membranæ pituitariæ diſſeretur. Hujuſmodi autem diſcriminis ratio in hoc potiſſimùm conſiſtit : quòd in quibuſdam animalibus , glanduloſum illud corpus , pluribus arteriarum propaginibus irrigetur ; ac proinde majorem aquoſi humoris copiam arterioſo à ſanguine ſecernat , quàm in aliis.

Glandulam pituitariam cunctis in animalibus perfectis reperiri vult Clariſſimus VVilliſius, qui *Anatomes cerebri Capite* IV. illam aliquando nullis arteriis irrigatam eſſe dicit. Verùm , licèt inficias non eamus , quin aliquando hoc contingere poſſit ; cùm naturam ſæpè ludere ſciamus : nos ipſam in homine, tum arteriis , tum venis ſemper inſtructam reperîſſe aſſerimus : ſíque interdum hæc vaſis nullis intertexta appareat, id præter naturam fieri cenſemus. Arterias itaque recipit hæc glandula à carotidibus , dum intra cranium ſub dura matre latitant : & venæ ex ipſa emergunt , quæ in anticam ſinuum lateralium partem deſinunt , eorúmque cavitatibus inhiant. Et ſi quis eam vaſis ſanguiferis inſtructam eſſe ambigat ; hujus rei veritatem hoc poterit detegere experimento , quo liquor atratus in alterutram carotidem ſiphunculo immittitur. Etenim tunc exterio-

ra,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 81 sur 315

©BIU Santé

ra, & interiora hujuſce glandulæ, colore nigro plurimùm infecta conſpiciet: hanc ubi à nobis è propria ſede eximebatur, cum membrana mediæ ſellæ turcicæ inſtrata, modò duorum, modò trium membranoſorum proceſſuum exilia vaſa referentium interjectu, laxè connecti ſæpiſſimè obſervavimus. CAP. IX. *De Glandula pituitaria.*

Exterioribus & interioribus glandulæ pituitariæ accuratè inſpectis, ſi ſella equina, obducente craſsâ meninge denudetur, quædam in media illius baſi, & multa circa poſteriora; tum retro ipſam, tum paulò infra laterales illius partes, exigua foramina, ſemper conſpiciuntur: quorum aliqua ſubeunt arteriolæ, quæ ſanguinem ad interiora oſſis cuneiformis devehunt: & per alia tranſeunt venulæ, quæ reſiduum ejuſdem ſanguinis, vel ad receptacula duo prædictæ ſellæ equinæ lateribus appoſita: vel in binos inferiores ipſi adjacentes ſinus revehunt: uti *Cap. 3. de munis craſſæ meningis* explicuimus. Hujuſmodi foramina, quæ plura ac majora ſunt in animalibus, quibus magnum ineſt rete mirabile, quàm in iis, in quibus vel exiguum eſt, vel deſideratur: ut plurimùm obliterantur, dum calvaria exſiccatur. Quod fecit haud dubiè, ut peritiſſimus Lovverus *Tractatu de corde. Cap. 2. pag. 151.* hæc in calvaria humana nunquam reperiri ſcripſerit.

Anticam inter glandulæ pituitariæ partem, & ſuperſtratam craſſam meningem, brevem unum ductum reperiri diximus, qui depluentis per infundibulum è cerebro, aquoſi; ſeu lymphatici humoris, partem aliquam admittit: quam in bina receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita exonerat. Cæterùm nominata modò glandula, quæ infundibulum, cui ſubjicitur, ſuffulcit, multis utpote arteriarum propaginibus nunquam non irrigata, quemadmodum & reliqua glanduloſa corpora, aquoſo, ſeu lymphatico cuidam humori, à ſanguine, quem excipit ſecernendo, apta, comparata nobis videtur. Aquoſus autem ille humor in hac glandula, à ſanguine ſecretus, & tum indeſinenti ſyſtoles & diaſtoles arteriolarum ipſam irrigantium motu, tum novo ſuccedentis continuò ſimilis aquoſi humoris affluxu, ad latera illius protruſus, per rariſſimam quâ obducuntur membranam, unà cum depluente è cerebro lympha transfluit: & in duo ſellæ turcicæ lateribus appoſita receptacula illabitur: ac ſubinde unà cum ſanguine, quo cum inibi miſcetur, ſellæ eidem turcicæ adjacentium quatuor ſinuum cavitates ſubit, ut internæ utriuſque venæ jugularis, vel utriuſque vertebralis, & Glandulæ pituitariæ munia.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 82 sur 315

©BIU Santé

CAP. X. *De diſtinctis duabus cerebri ſubſtantiis.*

cavæ deſcendentis trunci interventu, ad dextrum cordis ventriculum deſcendat. Aquoſum verò iſtum laticem, cùm in venas ex naturæ legibus refundatur, merum excrementum eſſe minimè cenſendum videtur; quapropter illum venoſo ſanguini admiſceri putamus, ut vis internorum fermentationis illius principiorum per ipſum, quemadmodum per lympham à reliquis corporis glandulis ſuppeditatam, adventitium veluti per fermentum refocilletur.

CAPVT X.

De diſtinctis duabus cerebri ſubſtantiis.

CErebrum binis à ſe invicem diſcrepantibus ſubſtantiis, cinereâ nempe, & albâ conſtat; cinerea autem ſeu in ſtatu naturali, ſeu poſtquam in aqua, vel oleo excocta fuit, ſpectetur, albâ multò mollior exiſtit: eámque, dum microſcopij interpoſitu, accuratè inſpicitur, innumeris è globulis ſimul coagmentatis, ovalem figuram quadantenùs æmulantibus, conſtructam eſſe percipitur; ita ut ipſa conglobatis è glandulis conflatum corpus apprimè referat. Glandularum autem illarum aliæ alias comprimunt, unde obtuſi oboriuntur anguli, ut ab experientiſſimo Malpighio obſervatum eſt: quorum alij ab aliis, intermediis, ferè æqualibus, ſpatiolis diſtinguuntur. Quod eâ comprobatur experientiâ, quâ corticali cerebri excocti ſubſtantiæ piâ meninge denudatæ atratus ſpiritus vini affunditur, qui in ſpatiola externis prædictæ corticalis ſubſtantiæ glandulis interpoſita ita inducitur, ut poſtquam goſſipio leviter abſterſus fuit, innumeræ illius particulæ ſupradicta ſpatiola occupantes, & circumſcriptas glandulas exhibentes, vel ſine microſcopio facilè detegantur; quod ſic non contingeret, ſi corticalis cerebri ſubſtantia, particulis figuræ, ab ovali, aut oblongè rotundâ, diverſæ, conſtaret, quoniam earum, utpote mollium, aliæ aliis adeò proximè juxta poni poſſent, ut ne minimum quidem ſpatiolum atrati ſpiritus vini particulas excepturum, inter ipſas, relinquendum foret.

Cinerea cerebri ſubſtantia corpus conglobatis è glandulis conflatum refert.

Præterea ubi cerebrum in oleo igne lento excoquitur (quod primus nos docuit Amicus noſter Clariſſimus Baylé, Doctor Medicus meritiſſimus, & in celeberrima omnigenæ diſciplinæ Academiâ Toloſanâ, Artium Profeſſor eruditiſſimus) illud indureſcit; ſique tunc

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 83 sur 315

BIU Santé

tunc particularum, quibus cinerea illius ſubſtantia coagmentatur, aliæ ab aliis ſecernantur, exporrectæ, ſeu in longum ſitæ numquam conſpiciuntur. Quocunque modo aliæ ab aliis diducantur, vel avellantur: imò ſi perfractæ oculis ſubjiciantur, nullibi teretes, ſed potiùs ubivis curtæ & in ſeſe quaſi contractæ apparent. Hoc tamen aliter ſe haberet, ſi ipſæ aliâ, ab ovali aut oblongè rotundâ, figurâ donarentur. Ex quibus fit ut unà cum Hippocrate, cerebrum partim ſaltem glanduloſum eſſe aſſeramus; venerandus enim & divinus ille Senex, Medicorum decus, lumen & ornamentum, *Sect.* III. *lib. de glandulis* ſic habet: ἡ κεφαλὴ καὶ αὐτὴ τὰς ἀδένας ἔχει, τὸ ἐγκέφαλον ἔκελον ἀδένι. *Caput quoque ipſum glandulas habet, cerebrum nempe glandulæ ſimile*, & immediatè ſequentibus verbis cerebrum ex naturâ ſuâ glanduloſum eſſe iterum indicat; addit enim ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λευκὸς καὶ ψαφαρὸς, ὅκωσπερ καὶ ἀδένες; *Cerebrum enim, non ſecus ac glandula album eſt, & friabile.*

CAP. X. *De diſtinctis duabus cerebri ſubſtantiis.*

Cinerea, quam modò deſcripſimus, ſubſtantia, vel exteriorem occupat ambitum cerebri, & cerebelli, *Vide Tab.* III. quorum medullam ſatis altè penetrat; *Vide Tab.* VI. VII. & XI. vel in ipſo cerebri meditullio, *Vide Tabulam* XIII. vel in medulla oblongata reperitur, uti videre eſt *in Tabulis* VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XV. & XVI. & hæc ubi prædicti viſceris exteriora occupat, modò corticis, modò corticalis, modò cinereæ, aut glanduloſæ exterioris ſubſtantiæ nomine donatur: ubi verò viſceris ejuſdem interioribus ineſt: cinereæ ſolùm, aut glanduloſæ ſubſtantiæ nomen retinet.

Alba cerebri ſubſtantia, quam paſſim ſubſtantiam medullarem, imò & aliquando medullam nominabimus, innumeris è fibrillis ſimul connexis, ac veluti plures in faſciculos diſtinctis conflatur *Vide Tab.* VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. & XVI. quod apertè patet dum hæc in oleo excoquitur; illa námque tunc temporis innumeras in fibrillas, è quibus ſimul connexis ipſam conflatam eſſe modò diximus, facilè dividi poteſt. Hujuſmodi autem fibrillarum aliæ aliis, dum ſitum naturalem ſervant, adeo proximè juxtà ponuntur, ubi ſcilicet glanduloſæ nullæ particulæ ipſis interſeruntur, ut ſenſile nullum inter ipſas relinquatur ſpatiolum, & continuum conſtituant corpus: quemadmodum interiores baculi fibrillæ, licèt ipſarum aliæ ab aliis ſeparabiles ſint, continuum alterum corpus, baculum nempe componunt. *Vide Tabulas ſupra recenſitas.*

Medullaris cerebri ſubſtantia è connexu innumerarum fibrillarum veluti in faſciculos diſtinctarũ emergit.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 84 sur 315

©BIU Santé

CAP. X. *De diſtinctis duabus cerebri ſubſtantiis.*

Cæterùm quanquam alba, de qua nunc agitur, ſubſtantia, in cerebro, cerebello, & medulla oblongata, cinereæ adeò proximè applicetur, ut ambæ ſimul coaleſcant (uti ſuprà recenſitis in Tabulis videre eſt:) illæ tamen ab invicem toto cœlo diſſident: Etenim præterquam quòd diverſum habent colorem: alba ſubſtantia cinereâ durior, poríſque anguſtioribus donata eſt. Hanc pororum anguſtiam in dubium revocabit nemo; qui nihil ſanguinis, quem arteriæ glanduloſæ cerebri ſubſtantiæ affundunt, in albas medullæ fibrillas illabi ſciverit: uti *Cap.* VI. *de arteriis cerebrum irrigantibus* demonſtravimus: ubi affuſum cortici ſanguinem, quin medullam ſubeat, totum à venis excipi probavimus.

Diſcriminis rationes inter corticem & medullam cerebri.

Cerebri medulla anguſtis poris donatur.

Præterea diverſa particularum, è quibus prædictæ cerebri ſubſtantiæ conflantur, figura, ipſas ab invicem diſcrepare planè arguere videtur: quandoquidem cinerea ſubſtantia particulis oblongè rotundis, & globulorum æmulis concreta apparet: uti paulò ſuprà diximus; Medullaris verò, oblongis variéque inflexis fibrillis conſtat, quæ ita invicem implicantur & communicant, ut veluti ſpeciem corporis ſpongioſi efforment, quod ſpiritus animalis pluribus, diſtinctis, necnon inexplicabilibus modis permeat; adeóque intra ipſum plures, diſtinctos atque inexplicabiles motus obit, pro quorum diverſa ratione, diverſa in anima cogitata excitantur, ut *Capite* XXI. & *Capite* XXII. explicabitur.

Aliæ diſcriminis rationes inter corticem & medullam cerebri.

CAPUT XI.

De Cerebro ſtrictè ſumpto.

CErebrum binis è ſubſtantiis præcedenti capite deſcriptis conflatum, in cerebrum, cerebellum, & medullam oblongatam dividitur: quæ ſunt veluti tres contiguæ unius & ejuſdem regni provinciæ, diſtinctis limitibus definitæ: quarum hiſtoriam, clarè, quantum fieri poterit, tribus capitibus abſolvemus.

Cerebrum autem de quo hîc agitur, eſt ea cerebri latiori ſignificatu ſumpti pars, quæ medullæ oblongatæ inſtar tuberis, ſeu apophyſeos ſupereminens, & ſecundo ſive poſtico duræ matris proceſſu intermedio, à cerebello diſtincta, falcis interjectu in duo dirimitur hemiſphæria, quæ majorem cavitatis calvariæ partem opplent, & à poſtica illius regione, in qua cerebello incumbunt, ad anticam

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 85 sur 315

©BIU Santé

anticam porriguntur : ubi proceſſus eorum maminillares dicti, falce, necnon apophyſi criſtâ galli intermediis, ab invicem diſgregati jacent : *Vide Tab.* II. III. & IV. CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Cerebri pars convexa ad ſphæricam figuram quadantenus accedit. *Vide Tab.* III. infimam verò partem, ſeu baſim illius, in quatuor lobos, anteriores nempe duo, minores : & poſteriores duo, majores diſtinguunt inſignes duæ arteriarum carotidum propagines, uti videre eſt *in Tabul.* IV. & V. Externa ejus ſuperficies, obliquis quamplurimis ſulcis diſtincta apparet : unde fit ut ipſa quamdam inteſtinulorum ſpeciem præ ſe ferat, quorum alia aliis juxtapoſita, ſine diſcrimine circumvoluta, & obliquâ ſerie diſpoſita ſunt : *Vide Tab.* II. & IV.

Binis cerebri hemiſphæriis ab invicem diductis, ipſis intermedia medullaris hæc ſubſtantia in conſpectum venit, quæ à Doctiſſimo Veſlingio *Syntagmatis Anatomici Cap.* XIV. corpus calloſum dicitur : quod in ſequentibus *veri fornicis* nomine donabimus.

Calloſum autem hoc corpus, quod ab expanſa utriuſque hemiſphærij cerebri ſubſtantia medullari producitur, ab anterioribus ad poſteriora inclinatum, circa teſtes in duas abit partes : quæ poſteriorum prædicti viſceris limborum cortici ſubjiciuntur : & unà cum medullari ipſorum ſubſtantiâ ; quacum unitæ poſticam ovalis centri regionem conſtituunt : *Vide Tab.* VI. medullæ oblongatæ caudicem ſtrictè amplectuntur, & utrinque ad poſteriorem crurum illius partem, nonnihil flexuoſo tractu porriguntur, ipſique adeò proximè applicantur, ut ſimul coaleſcant. Hîc notandum venit, quòd ex antica corporis calloſi parte, licèt hæc anterioribus medullæ oblongatæ proceſſibus, ſeu ſtriatis corporibus ſupernis, anterioribus intermedia ſit : uti videre eſt *in Tab.* VI. VII. & IX. medullares nulli tractus educuntur : propterea-que nequaquam dubitandum videtur, quin ſpiritus animalis, qui albas, quibus illud conſtat, fibrillas ſubit, ab anterioribus ad poſteriora moveatur, & medullares per tractus è poſticâ ovalis centri regione deductos (qui ſcilicet in ſtriatis corporibus ſupernis, poſterioribus obſervantur) ad poſtica nervorum ſpinalium principia deſcendat : uti fuſiùs *Cap.* XIX explicabitur.

Prædicti corporis calloſi fabrica rectè perſpici nequit ; quin primò tota cerebri pars convexa fruſtatim ſecetur : unde fit, ut dum partes, ſitúſque illius inveſtigantur, oculis planè ſubjiciatur

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 86 sur 315

©BIU Santé

Cap. XI. *De Cerebro strictè sumpto.*

cerebri medulla : quæ in universo illius ambitu , plures in tractus distincta apparet , & cortici , quo ubivis extrinsecùs obducitur , promiscuè implicita est ; *Vide Tab.* VI. VII. VIII. XII. & XIII.

Convexâ cerebri parte ad dorsum usque corporis callosi frustatim sectâ, & exemptâ ; si medullaris illius substantia , juxta callosi ejusdem corporis latera, ab anterioribus ad posteriora cultello anatomico scindatur : ipsi subditi anteriores ventriculi deteguntur, eorúmque magnitudo , & figura , ovalis figuræ quadantenus æmula manifestè patent : *Vide Tab.* VI. Hujusmodi autem ventriculorum totam ferè cameram callosum corpus efformat : parietes verò ex medullaribus fibrillis construuntur , quæ binorum cerebri hemisphæriorum , cinereâ è substantiâ emergunt : quarum superiores , quæ scilicet convexam illorum partem occupant , utrinque primò extrorsum inclinantur , & deinceps unà cum medullaribus aliis , quibus coalescunt , fibrillis inferioribus introrsum flexæ , anteriores medullæ oblongatæ processus , illiúsve crura ambitu suo proximè complectuntur ; imò & ipsis coalescunt : adeò ut medullaribus ejusmodi è fibrillis simul coalescentibus , & in semetipsas velut inflexis , intra mediam cerebri regionem, binæ quasi specus septi lucidi , & fornicis interjectu , ab invicem distinctæ efformentur , quæ anteriores ventriculi nominari solent : ex quibus medullares omnes prædicti visceris fibrillas (si illas excipias , quæ in tractus medullares transversos , & nonnihil obliquos desinunt) ubi è cortice emerserunt , circum anteriores medullæ oblongatæ processus , & circum illius crura concurrere, ac veluti adunari satis intelligitur : quò videlicet prædictas in specus abeant : ita ut ibi loci unum in corpus velut spongiosum desinant , quod ovalem prædictorum ventriculorum ambitum occupat : propterea que illud ovale centrum nominamus : quamvis circa posteriora introrsum flectatur , ut posticam corporis callosi partem attingat , eique uniatur, ac proindè ovalem figuram exactè non æmuletur. *Vide Tab.* VI.

TABVLA VI.

Cerebrum humanum per superiora dissectum repræsentat.

A. A. A. A. *Cinerea cerebri substantia, guttis quibusdam sanguinis interpuncta.*
B. B. B. B. *Ovale centrum guttis quibusdam sanguinis interpunctum ; in quod desinunt*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 87 sur 315

BIU Santé



Beaudeau sculsit Monsp

©BIU Santé

© IU Santé

deſinunt radij medullares a a a a a a &c. *cinereæ ſubſtantiæ intermiſti.*

Cap. XI. *De cerebro ſtrictè ſumpto.*

C. *Corpus calloſum ad anteriora reclinatum.*

D. *Media fornicis, ſic vulgò dicti, ſeu fimbriatæ veri fornicis appendicis pars poſterior.*

E. E. *Septi lucidi portiunculæ anteriores, intra quas parva cavitas* c. c. *obſervatur.*

F. F. *Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus.*

G. G. G. G. *Vaſa anteriores cerebri ventriculos irrigantia, quorum ſuperiora, paulò craſſiora, quàm par ſit, delineata fuerunt.*

H. H. *Thalami nervorum opticorum, in quibus corpus album ſubrotundum* d. d. *prominet.*

I. I. *Plexus duo Choroïdes, nervorum opticorum thalamis incumbentes.*

K. K. *Cerebellum craſsâ meninge obductum, ſuiſque vaſis irrigatum.*

L. *Quartus ſinus in laterales apertus, longitudinali reſecto, & excepto.*

M. M. M. M. *Cerebri piâ meninge obducti exterior ſuperficies.*

ANteriorum cerebri ventriculorum camerâ apertâ, ne quicquam eorum, quæ corpori calloſo ſubjiciuntur, viſum fugiat, illud circa poſteriora, ab alba poſticorum cerebri limborum ſubſtantia, necnon à fornicis dorſo, ſcindenti quodam inſtrumento, levi manu ſecernendum eſt. Quibus peractis ubi paululùm ſurſum evehitur, internæ ac anticæ illius ſuperficiei appenſum, & ad anticam tantùm fornicis partem exporrectum ſeſe prodit ſeptum lucidum: quod præ nimiâ mollitie neceſſariò dilaceratur: ubi corpus calloſum ad anteriora reclinatur. *Vide Tab.* VI Septum autem lucidum, eſt album, tenue, molle, & pellucidum corpus, tenuiſſimâ membranâ obductum: quod ſubſtantiæ cameræ anteriorum cerebri ventriculorum expanſionem eſſe putamus, per quam ſpiritus quidam animalis è prædicta anteriorum ventriculorum camerâ profectus ad fornicem deſcendit, è quo deinceps ad poſticam ovalis centri regionem fertur: hoc corpori calloſo circa anteriora appenditur, uti modò diximus, & anteriori tantùm fornicis parti ſuperjacet, ac unitur: & licèt prætenue ſit, in antica ſui regione, paulò ſupra duplicem fornicis radicem, parvam comprehendit cavitatem. *Vide Tab.* VI. in quâ pellucidam non rarò reperimus aquam, quæ haud dubiè in tertium illabitur ventriculum. Pars iſta, quæ anterioribus cerebri ventriculis interjecta, ipſos unà cum fornice ab invicem diſtinguit, hunc ob uſum, & quoniam diaphana eſt, ſeptum lucidum vùlgò dicitur: quod arteriolis è carotidibus emiſſis, & venulis in quartum ſinum

Quid Septum lucidum.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 90 sur 315

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

deſinentibus irrigatur ; hujus partes laterales , in ſe ipſas contractas, ab invicem ſejunctas , & ad anteriora tranſlatas ; dum corpus calloſum inverſum fuit. *Vide in Tab.* VI.

Septo lucido perſpecto & ad anteriora tranſlato , ſi poſticæ illæ utriuſque cerebri hemiſphærij partes , quibus corpus calloſum unitum eſſe ſuprà diximus , à ſubjectis , ſubtúſque latentibus fornicis cruribus , (*Vide Tab.* VI.) ſeparentur, & ad poſteriora reclinentur , uti videre eſt *in Tab.* VII. corpus calloſum circa poſteriora , quaſi bifidum eſſe , & medullarem ipſius ſubſtantiam , utrinque poſteriorum cerebri limborum medullæ implicitam , hæc in corpora , quæ vulgò *crura fornicis* dicuntur deſinere , & ad poſticam uſque gemini ſemicircularis centri partem exporrigi , ibíque nervorum opticorum thalamis coaleſcere in ſectione cerebri manifeſtè patet. Totus pariter fornix , major utriuſque choroïdis pars, & omnis ferè interior ventriculorum anteriorum facies in conſpectum veniunt.

Quid fornix ſic vulgò dictus.

Fornix ſic vulgò dictus , eſt corpus album , quod anterioribus ventriculis interjectum , ipſos à tertio diſterminat , & quò magis ad poſteriora producitur , eò magis laterales illius partes expanduntur, uti videre eſt *in Tab.* VI. Hic producitur ab albis quibuſdam medullæ cerebri tractibus , qui circa cerebri ipſius anteriora , geminum ſemicirculare centrum primò ſubeunt : ac deinceps in antica tertij ventriculi parte ſimul uniti , duo abeunt in corpora, craſſioris nervi æmula ; uti videre eſt *in Tab.* VIII. IX. & X. quæ ſimul unita corpus vulgò *fornicis* nomine donatum componunt : quod circa anteriora tantùm , ſepto lucido , & alibi corpori calloſo immediatè unitum , ubi poſteriora verſus anteriorum cerebri ventriculorum producitur , in binas crurum nomine donatas partes abit : quæ nervorum opticorum thalamos amplexantur ; & in poſticam eorum partem ductu flexuoſo deſinunt. Exterior autem prædictorum fornicis crurum ſuperficies alba , & ſubrotunda eſt. *Vide Tab.* VIII. Interior verò ſubalbocinerea , paululúmque depreſſa apparet , *Vide Tab.* VII,

Fornix partes habet laterales , tenues , præmolles , & paululum extenſas : quæ ad anteriora uſque crurum ipſius porriguntur , quæque fornicis fimbriæ nuncupari ſolent : iis plexuum choroïdum pars aliqua utrinque ſubjacet , & adhæret ; *Vide Tab.* VI. & VII. Hic medullæ oblongatæ cruribus immediatè ſuperjacet , & ubi tertio ventriculo

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 91 sur 315

©BIU Santé

ventriculo incumbit, ſitum ſervat, longum, rectum & minimè arcuatum; *vide Tab.* VI. Unde nobis naſcitur mirandi locus, quòd Anatomici omnes, hanc cerebri partem fornicis nomine dignati fuerint: cùm nullum ipſi, & tertij ventriculi lacunari inane ſpatium interpoſitum ſit, & fornicis nec ſitum, nec figuram retineat, nec uſum præſtare poſſit; ſiquidem hæc à ſubjectis partibus ſuſtinetur, & ab ipsâ nullatenus ſuperna cerebri moles ſuffulcitur. Verùm cùm ea medullæ cerebri pars, quæ corpus calloſum vulgò dicitur, fornicis figuram aliquatenùs æmuletur, imò & fornicis uſum evidenter præſtet; (hæc enim gravem cerebri molem quodammodò ſuſtinet, & impedit, ne ſuo ſibi ipſi pondere incumbat) ipſa potiùs fornicis nomine donanda nobis videtur, quàm pars ea quæ fornix vulgò dicitur: qui, uti ſuperiùs notavimus, corpori calloſo immediatè unitur, proindéque radices illius, anteriores, & crura, poſteriores corporis calloſi, ſeu veri fornicis columnas nuncupamus; iis enim veluti quatuor diſtinctis columnis, corpus calloſum innititur, partem verò radicibus, & cruribus intermediam fimbriatam veri fornicis appendicem nominamus.

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Ex ſuprà dictis colligitur, ac patet, verum fornicem, eam eſſe partem medullarem, quæ corpus calloſum vulgò nuncupatur: quæ ſcilicet utrique cerebri hemiſphærio interjecta, ad anteriorum ventriculorum cameram efformandam conducit: & quadruplici veluti columnâ, binis ſcilicet fornicis ſic vulgò dicti, radicibus, biníſque cruribus illius ſuffulta, convexam cerebri ipſius partem quadantenus ſuſtinet, ac impedit ne ſuo ſibi ipſi pondere incumbat, & obruatur, uti ſuprà diximus. Verùm ne nominum iſtæ immutationes Anatomes alumnorum mentibus caliginem offundant: quoties de partibus fornicis ſic vulgò dicti loquendi occaſio recurret, in uſum recepta ipſarum nomina uſurpabimus.

Quid veri fornicis nomine intelligatur.

Fornice, dum adhuc ſitum ſervat naturalem, inſpecto, plexus choroïdes oculis ſubjicitur: qui eſt aggregatum arteriolarum, & venularum, quæ unà cum interſertis glandulis, reticulare corpus unum conſtituunt. Bini in anterioribus cerebri ventriculis plexus choroïdes reperiuntur, qui à poſtica prædictorum ventriculorum regione, ad duplicem uſque fornicis radicem exporriguntur, ibíque deſinunt; *Vide Tabulam* VI. Plexus iſti, quemadmodùm & ille, qui in quarto ventriculo obſervatur, choroïdes dicuntur; quòd vaſa, quibus conſtant, ſitum intricatum, & figuram peculiarem,

Quid plexus choroïdes.

Cur vaſorum plexus, qui reperiuntur in ventriculis cerebri, choroïdes dicuntur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 92 sur 315

©BIU Santé

Cap. XI. *De cerebro ſtrictè ſumpto.*

rem vaſorum membranam chorion dictam irrigantium, quodammodo æmulentur; undenam autem ſanguifera ipſorum vaſa proficiſcantur ſuperiùs diximus: ubi venas & arterias cerebrum alluentes, & intima illius ſubeuntes deſcripſimus. Vaſis plexus choroïdes conſtituentibus glandulas interſeri mox indicavimus; hoc autem demonſtrare non conabimur; quippe quòd in apertis capitibus præſertim humidioribus, luce clarius patet. Fornicis, plexuúmque choroïdum texturâ, ſitúque ſpectatis, ſi fornicis ipſius cruribus unà cum binis plexibus choroïdæis ex tranſverſo utrinque reſciſſis, hic partim ad anteriora, partímque ad poſteriora reclinetur: interna ſtatim perſpicitur illius ſuperficies; cui plexus utriuſque choroïdis partes quædam appenduntur; *Vide Tabulam* VII. Dum hæc ſpectantur, & expenduntur, anteriores cerebri ventriculi, quos ſanguiferi plures ductus irrigant, & quorum cavitas ſemilunarem potiùs, quàm aliam quamlibet figuram refert, oculis ſubjiciuntur. *Vide Tabulas* VI. VII. & VIII. Anteriorum autem hujuſmodi ventriculorum magnitudinis modus definiri nequit; ea námque modò major, modò minor apparet: prout ſcilicet, moles cerebri, modò majoris, modò minoris extenſionis terminis circumſcribitur; Cæterùm ipſorum ſuperficies, lævi, molli & pelliculâ cæpæ tenuiori membranâ obducitur: ejúſque color partim albus, & partim cinereus eſt; *Vide Tabulas* VI. VII. & VIII. Eorum enim cameræ, partiúmque lateralium interior pars, quæ oculis primùm objicitur, alba eſt: alba quoque medullæ oblongatæ crura apparent: dummodò aëri expoſita non fuerint; ea námque albocinerea evadunt, dum aëri exponuntur: ſíque exſiccata, vel cocta fuerint, merè cinereo colore inficiuntur. Verùm anteriores medullæ oblongatæ proceſſus cinereo infecti ſunt colore, uti prædictis in Tabulis videre eſt.

Anteriorum cerebri ventriculorum vaſis accuratè deſcriptis, ipſorúmque figurâ, magnitudine, necnon diverſis coloribus exactè perſpectis ac expenſis, ſequentes, quæ uno eodémque tempore, oculis objiciuntur partes, luſtrandæ, ac perpendendæ occurrunt: Anteriores nempè medullæ oblongatæ proceſſus, vulva, thalami nervorum opticorum, interjectus ipſis medullaris tractus, anus, glandula pinealis, nates, ſecundus duræ matris proceſſus convexæ cerebelli parti inſtratus, quartus ſinus ipſi inſculptus, & quintus ſinus falcis baſim occupans, qui in quartum deſinit, *Vide Tabulam* VII.

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 93 sur 315

©BIU Santé

©BIU Santé


Tabula VII
folio .63.
B
A
A
D
D
E
d
G
c
c
F
G
F
A
A
H
N
b
b
M
M
C
C
L
K
Beaudeau sculpcit Monsp.

©BIU Santé

TABVLA VII.

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Cerebrum humanum per ſuperiora diſſectum, & fornicem ſic vulgò dictum, unà cum binis plexibus choroïdæis, partim ad anteriora, partímve ad poſteriora reclinatum exhibet.

A. A. A. A. *Binæ, corticalis nempe & medullaris, cerebri ſubſtantiæ, guttis quibuſdam ſanguinis interpunctæ, quarum pars ſuperior abſciſſa, & exempta fuit.*

B. *Corpus calloſum, quod verum fornicem nominamus, ad anteriora reclinatum, & ex tranſverſo reſciſſum.*

C. C. *Pars poſterior ovalis centri, per medium ſecta, & ad poſteriora reclinata.*

D. D. *Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus.*

E. *Fornicis ſic vulgò dicti ad anteriora inverſi media regio, ſeu fimbriata veri fornicis appendix, ad anteriora inverſa.*

a. a. *Crura fornicis ſic vulgò dicti, ſeu binæ veri fornicis columnæ poſteriores, ex tranſverſo ſectæ, & ad anteriora unà cum parte antica utriuſque plexus choroïdis inverſæ.*

b. b. *Pars altera crurum fornicis ſic vulgò dicti, ſeu binarum veri fornicis columnarum poſteriorum ad poſteriora unà cum parte poſticâ utriuſque plexus choroïdis reclinata.*

F. F. *Thalami nervorum opticorum, ſeu crura medullæ oblongatæ: in quibus ſubrotunda corpora duo alba* C. C. *prominent.*

G. G. *Tractus medullaris nervorum opticorum thalamis intermedius, qui ad nates uſque porrectus, externum ani marginem obducit, & in tractum medullarem natibus ipſis antepoſitum abit.*

d. *Vulva, ſeu foramen circa anticam ventriculorum anteriorum cerebri regionem, juxta fornicis radices excavatum.*

e. *Anus, ſeu foramen alterum, circa poſticam prædictorum ventriculorum regionem juxta nates excavatum.*

H. *Glandula pinealis natibus interpoſita.*

I. I. *Corpora duo ſubrotunda, quæ nates vulgò dicuntur.*

L. *Quartus ſinus apertus.*

M. M. *Secundus ac craſſior duræ meningis proceſſus, cerebrum à cerebello diſtinguens.*

N. *Quintus ſinus apertus, non procul à quarto, cujus cavitati inhiat, abſciſſus.*

f. f. f. f. f. f. *Vaſa venoſa, quæ cùm è cerebri interioribus emerſerunt, quartum in ſinum deſinunt, & arterioſum, quem reſorbuerunt, ſanguinem in cavitatem illius exonerant.*

CUm partium quarumdam è ſuprà recenſitis, quæ hîc loci deſcribendæ forent, interna ſtructura inveſtigari nequeat, quin

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

tertius cerebri ventriculus aperiatur, ejúſque parietes ſecentur: ipſarum deſcriptioni, tertij ejuſdem ventriculi deſcriptionem præmittemus. Verùm quoniam prædictus ventriculus intrinſecùs luſtrari nequit, quin cavitati ipſius inhiantium vulvæ & ani figura deleatur, & interjectus thalamis nervorum opticorum tractus medullaris divellatur; antequam ulteriùs progrediamur, diſtinctas hujuſmodi tres partes explicabimus, ac imprimis dicemus, quid *vulva*, & *ani* nomine intelligi ſoleat. *Vulva* autem nihil aliud eſt, quàm foramen circa anticam ventriculorum anteriorum cerebri regionem, ſubtus fornicem reconditum, & juxtà radices illius excavatum; cujus interventu prædicti anteriores ventriculi cum tertio communicant. *Anus* verò alterum eſt foramen ſubtus poſticam fornicis partem latitans, & juxta nates excavatum, quo intermedio anteriores ventriculi cum tertio pariter communicant. *Vide Tab.* VII.

Quid vulva.

Quid anus.

Hujuſmodi autem foramina quorum nomina, vel à figura, vel à ſitu deſumpta videntur, dum alterum medullæ oblongatæ crurum ab altero ſejungitur; penitus obliterantur, eorúmque margines in ſupernam tertij ventriculi aperti oram deſinunt; *Vide Tabulam* VIII.

Quid tractus medullaris nervorum opticorũ thalamis interjectus.

Tractus medullaris nervorum opticorum thalamis interjectus, eſt corpus album & rectum, tertij ventriculi lacunari ſuperſtratum, quod ex albis quibuſdam fibrillis è radicibus fornicis, & ex antica parte utriuſque ſemicircularis centri eductis conflatum videtur. Medullaris autem hujus tractus fibrillæ quædam circa poſteriora, exteriorem ani marginem obducunt, ac deinceps utrinque ad ſeſe invicem inclinatæ, glandulæ pineali & ano intermedium tranſverſum in tractum medullarem abeunt. *Vide Tabulas* VII. & VIII.

Hîc notandum occurrit, quòd aliquando juxta anum, ex utroque latere jamjam memorati tractus medullaris nervorum opticorum thalamis interjecti albæ quædam fibrillæ educuntur, quæ ſimul coëuntes in exiguum tractum medullarem nonnihil arcuatum, & nervuli æmulum abeunt.

Quid tertius ventriculus.

Tertius ventriculus eſt cavitas rimæ majuſculæ æmula, nervorum opticorum thalamis ſeu medullæ oblongatæ cruribus intermedia, cujus ſupernam partem cinerea mollíſque ſubſtantia lacunaris adinſtar obtegit; proindéque ipſam lacunaris nomine donamus. Cinerea verò hujuſmodi ſubſtantia, cui ſuprà deſcriptus tractus medullaris incumbit, & unitur: ubi nervorum opticorum thalami,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 97 sur 315

UIU Santé

©BIU Santé


Tabula VIII
folio 65.
A
A
E
E
B
C
C
F
G
F
H
H
D
D
A
A
M
M
Beaudeau sculpsit Monsp

thalami, qui ſcilicet ipſius interventu ſimul uniuntur, ab invicem ſejunguntur: præ nimia mollitie facillimè divellitur, ejúſque divulſæ partes in utroque tertij ventriculi latere, adeò in ſemetipſas contrahuntur, ut vix appareant. *Vide Tabulam* VIII. CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Tertij ventriculi lacunari perſpecto, & divulſo; ita ut lateralibus illius partibus paululùm ab invicem diductis; ſolidi nihil vulvæ, & ano interjectum remaneat: hunc intra medullam oblongatam excavatum, & inter bina illius crura ſitum eſſe patet, ſimúlque infundibuli, mediæ ipſius baſi appenſi, ejúſque cavitati inhiantis orificium conſpicitur; Imò & binæ fornicis radices deteguntur, quibus medullare corpus craſſiorem nervum referens, & ex tranſverſo ſitum anteponitur, ac unitur: quod utrumque ſemicirculare centrum circa anteriora intimè ſubit, & invicem jungit; uti videre eſt *in Tabulis* VIII. & IX. proindéque illud commiſſuram craſſioris nervi æmulam nuncupamus. Hæc autem commiſſura ex albis conflatur tractibus quibuſdam ſimul coëuntibus; qui primi in antica τῆ ἐγκεφάλῳ regione, è medulla utriuſque hemiſphærij illius educuntur; *Vide Tabulam* X. Quid cõmiſſura craſſioris nervi æmula.

In poſtica tertij ventriculi parte, apertum ſeſe prodit orificium ductus unius inferiùs deſcribendi, quo intermedio tertius ipſe ventriculus cum quarto, quemadmodum vulvæ, & ani interjectu, cum anterioribus communicare videtur. *Vide Tabulam* VIII.

TABVLA VIII.

Cerebrum & cerebellum hominis per ſuperiora diſſecta repræſentat.

A. A. A. A. *Binæ, cinerea nempè, & medullaris, cerebri ſubſtantiæ, guttis quibuſdam ſanguinis interpunctæ, & circa poſteriora ab invicem ductæ.*

B. *Fornix ſeu fimbriata veri fornicis appendix, circa mediam ſui regionem ex tranſverſo abſciſſa & ad anteriora reclinata.*

a. a. *Fornicis ſic vulgò dicti radices, ſeu binæ veri fornicis anteriores columnæ.*

b. *Commiſſura craſſioris nervi æmula.*

C. C. *Thalami nervorum opticorum, ſeu crura medullæ oblongatæ, ab invicem ducta, ut tertij ventriculi cavitas c. & ducens ad infundibulum hiatus d. oculis ſubjiciantur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 100 sur 315

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

e. *Hiatus in canalem natibus & teſtibus ſubſtratum ducens.*
f. *Tractus medullaris tranſverſus natibus antepoſitus.*
D. D. *Crura fornicis ſic vulgò dicti, ſeu binæ veri fornicis columnæ poſteriores ex tranſverſo ſectæ, & in ſitu naturali repræſentatæ.*
E. E. *Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus.*
F. F. *Corpora duo ſubrotunda, quæ nates vulgò dicuntur.*
G. *Glandula pinealis.*
H. H. *Corpora in turbinem acuminata, quæ teſtes vulgò dicuntur.*
g. *Parvus ac brevis tractus medullaris, quem frænulum vocamus.*
h. h. *Tractus medullaris, anticâ valvulæ majoris cerebri partem occupans.*
I. *Valvula cerebri major.*
K. *Proceſſus vermiformis anterior.*
L. *Proceſſus vermiformis poſterior.*
M. M. *Cerebellum horizontaliter ſectum, cujus ſubſtantiæ duæ ſimul complicatæ, variegatum marmoris colorem referunt.*

Poſtquam vulvam, & anum, nervorum opticorum thalamis interjectum tractum medullarem, tertium ventriculum, & quicquid in ipſo, cavitatis illius parietibus ab invicem diductis, ſenſibus obviam fit, luſtravimus, & explicuimus: proximè ſequitur, ut anteriores medullæ oblongatæ proceſſus, thalamos nervorum opticorum, & reliquas partes, paulò ante *Tabulæ* VII. explicationem, recenſitas, ex ordine deſcribamus. Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus, quos Clariſſimus VVilliſius, modò corpora ſtriata, modò apices crurum medullæ oblongatæ, nominat, ſunt corpora duo extrinſecùs cinerea in antica ac ſuperna medullæ oblongatæ parte ſita, & fornicis radicibus, necnon thalamis nervorum opticorum intermediis ab invicem diſtincta; *Vide Tabulas* VI. VII. & VIII. Hæc intrinſecùs tractibus albis conſtant, quorum alij ab aliis, ſubſtantiæ cinereæ interjectu diſtinguuntur; proindéque albo-cinerea apparent; *Vide Tabulas* IX. X. XII. & XIII.

Quid anteriores medullæ oblongatæ proceſſus.

Derasâ primâ anteriorum medullæ oblongatæ proceſſuum ſuperficie, exteriores ac minores, quibus conſtant, tractus medullares in conſpectum veniunt; *Vide Tabulas* IX. & XII.

Ubi verò ipſi profundiùs deraduntur, interiores ac craſſiores eorum tractus ſeſe produnt, qui ita diſpoſiti ſunt, ut unà cum cinerea ſubſtantia, quâ intermediâ, ab invicem diſtinguuntur, corporum ſtriis diſtinctorum figuram aliquatenùs æmulentur. Ex quo proculdubio factum fuit, ut Clariſſimus VVilliſius prædictos medullæ oblongatæ proceſſus, ſtriata corpora nominaverit: quæ nos habitâ ſitûs

Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus.

© BIU Santé

ſitûs ratione, ſtriata corpora ſuperna anteriora, nominamus: ut hæc à reliquis medullæ oblongatæ ſtriatis corporibus diſtinguamus. CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Medullares omnes tractus, quibus anteriores medullæ oblongatæ proceſſus conſtant, è ſuperna ovalis centri regione educuntur, & in albam, ſeu medullarem ſubſtantiam abeunt, quæ anterioribus, prædictis proceſſibus, & nervorum opticorum thalamis interjicitur, adeò ut medullaris hujuſmodi ſubſtantia, quæ exteriorem utriuſque thalami nervorum opticorum ambitum, hemicycli adinſtar comprehendit, ſit veluti geminum centrum alborum omnium tractuum, qui è ſuperna ovalis centri regione educuntur: proptereáque ipſam ſemicirculare centrum nuncupamus: *Vide Tabulas* X. & XIII. quod duplex, unum ſcilicet utrinque, ſtatuimus.

Crura medullæ oblongatæ ſunt corpora duo alba, tenui mollíque membranâ extrinſecùs obducta, & in ſuperna medullæ oblongatæ regione prominentia, quæ anterioribus medullæ ejuſdem oblongatæ proceſſibus interponuntur; *Vide Tabulas* VI. VII. VIII. IX. & X. Hæc tertij ventriculi, vulvæ, & ani interjectu ab invicem diſtincta ſunt: & tamen eorum juga, medullaris ipſis interjecti tractus, & tertij ventriculi lacunaris interventu, in homine ſemper conjuncta reperiri aſſeremus, cum bona venia Clariſſimi VVilliſij, qui *Anatomes cerebri Cap.* 2. ipſa utplurimùm dehiſcentia, & prorſus diſtincta eſſe dicit. In antica ipſorum parte, album, oblongè rotundum, & ejuſdem cum ipſis ſubſtantiæ corpus prominet. *Vide Tabulas* VI. VII. VIII. & IX. Quid medullæ oblongatæ crura.

Alba, quâ medullæ oblongatæ crura obducuntur, membrana eſt corpus album, tenue, & molliſſimum, quod albis è fibrillis, vel è tractu medullari tertij ventriculi lacunari ſuperſtrato, vel è ſuperna parte utriuſque ſemicircularis centri eductis, & ſibi invicem proximè juxta poſitis conflatur: ubi verò hæc membrana pelliculæ non abſimilis ad poſticam medullæ oblongatæ crurum regionem ſeſe producit, fibrillæ illius in ſe invicem ſenſim inclinantur, adeò ut utrinque ſimul coaleſcant, & unà cum tractibus quibuſdam albis, è poſtica ſuprà memoratorum medullæ oblongatæ crurum parte emergentibus, in nervos opticos abeant: unde fit ut medullæ oblongatæ crura, non immeritò nervorum opticorum thalami nominentur; *Vide Tabulas* VII. & IX. Quid membrana quâ medullæ oblongatæ crura obducuntur.

Albâ membranâ exemptâ, quâ nervorum opticorum thalami obteguntur, eorúmque ſubſtantiâ nonnihil derasâ: microſcopij ope,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 102 sur 315

©BIU Santé

Cap. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

imò & ſine microſcopio, innumeri, & tenuiſſimi in ipſis tractus medullares deteguntur, qui ità diſpoſiti ſunt, ut unà cum cinerea ſubſtantia, cui intertexuntur corpora ſtriis diſtincta quodammodo referant; proindéque eoſdem nervorum opticorum thalamos, habitâ ſitûs, & figuræ interioris eorum ratione, ſtriata corpora ſuperna poſteriora nuncupamus. *Vide Tabulam* X.

Thalami nervorum opticorũ ſtriata corpora dicuntur.

Medullares & tenuiſſimi tractus omnes, qui in thalamis nervorum opticorum conſpiciuntur, è gemino ſemicirculari centro, vel è poſtica ovalis centri regione educuntur, & ſpinalem verſus medullam tendentes, ſi quoſdam excipias, qui in nervos opticos abeunt, natibus, teſtibus, proceſſibus à cerebello ad teſtes, & proceſſibus à cerebello ad medullam ſpinalem ſubjiciuntur, ut demum unà cum prædictis proceſſibus à cerebello ad medullam ſpinalem, in poſticam medullæ ſpinalis partem, necnon in poſtica nervorum ſpinalium principia deſinant. *Vide Tabulam* X.

TABULA IX.

Cerebrum humanum per ſuperiora diſſectum, & à cinerea ſubſtantia exteriore ſegregatum exhibet.

A. A. A. A. *Ovale centrum, poſtica cujus pars abſciſſa, ac exempta fuit.*

B. *Pars antica corporis calloſi, ſeu veri fornicis ad anteriora reclinata, & ex tranſverſo ſecta.*

C. *Fornix ſic vulgò dictus, ſeu fimbriata veri fornicis appendix, circa mediam ſui regionem ex tranſverſo ſecta, & ad anteriora inverſa.*

a. a. *Radices fornicis ſic vulgò dicti, ſeu binæ veri fornicis colũnæ anteriores.*

b. *Commiſſura craſſioris nervi æmula.*

D. D. *Tertius ventriculus apertus.*

c. *Hiatus ad infundibulum ducens.*

d. *Hiatus ad canalem natibus, & teſtibus ſubſtratum ducens.*

E. E. *Striata corpora ſuperna anteriora, in quibus primâ tantùm ipſorum ſuperficie derasâ, tractus medullares exteriores ac minores conſpiciuntur.*

F. F. *Crura medullæ oblongatæ, ſeu thalami nervorum opticorum, in quibus alba conſpicitur membrana, plures diſtincta in fibrillas, quæ in nervos opticos deſinunt.*

G. G. *Nervi optici ultra coalitum ex tranſverſo ſecti, ab invicem diducti, ac demum ad poſteriora utrinque reclinati.*

H. H. *Medullaris ſubſtantia, cujus interventu, nervi optici ſimul coaleſcunt, & quæ in ipſis ab invicem ſejunctis prominet.*

I. I.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 103 sur 315

©BIU Santé

l. l. *Corpora duo ſubrotunda, nates vulgò dicta, quæ hîc paulò minora, quàm par ſit, repræſentantur.*

c. *Glandula pinealis, quæ hîc paulò minor, quàm par ſit, repræſentatur.*

K. K. *Corpora duo in turbinem acuminata, teſtes vulgò dicta, hîc pariter paulò minora, quàm par ſit, repræſentata.*

f. *Parvus ac brevis tractus medullaris, quem frænulum vocamus.*

g. g. *Nervi pathetici non procul ab origine ex tranſverſo reſciſſi.*

h. *Tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupãs.*

i. i. *Corpora duo, nervorum, aut ſaltem fibrarum nervearum æmula, quæ ſuperiorem verſus proceſſus annularis partem tendunt.*

L. *Quartus ventriculus apertus, ſanguiferis quibuſdam vaſis irrigatus, qui cerebello reſciſſo, & exempto, planè conſpicitur.*

M. M. *Pedunculi cerebelli ex tranſverſo reſciſſi.*

k. k. *Medullares duo tractus paulò craſſiores, quàm par ſit, delineati, qui ex hac medullæ oblongatæ parte ſuperna prodeunt, quæ in medullam ſpinalem immediatè deſinit. Iis utrinque fibrillæ quædam medullares literâ L. deſignatæ adjunguntur.*

m. m. *Medullares fibrillæ è proceſſibus à cerebello ad medullam ſpinalem eductæ, ad quas utrinque mox una, mox binæ fibrillæ medullares tenuiſſimæ, & è ſuperna medullæ oblongatæ parte exortæ accedunt.*

N. *Medulla ſpinalis in exortu abſciſſa.*

n. n. *Nervi ſpinales, ad par vagum acceſſorij.*



©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro strictè sumpto.*

TABVLA X.

Striata corpora superna, tum anteriora, tum posteriora, necnon semircirculare centrum, cujus interjectu utrinque ab invicem distinguuntur, exhibet.

A. A. A. A. *Ovale centrum, cujus postica pars abscissa, & exempta fuit.*

B. B. *Cinereæ cerebri substantiæ residuæ quædam portiones, medullari illius substantiæ intermistæ.*

C. C. C. C. *Striata corpora superna anteriora, in quibus, substantiâ ipsorum nonnihil profundè derasâ, tractus medullares interiores ac crassiores planè conspiciuntur.*

D. D. D. D. *Geminum semicirculare centrum.*

a. a. *Commissura crassioris nervi æmula, per medium secta, paululumque diducta.*

b. b. *Fornicis sic vulgò dicti radices seu binæ veri fornicis anteriores columnæ ex transverso resciſſæ, & ab invicem paululùm diductæ.*

E. E. *Striata corpora superna posteriora, in quibus exteriore ipsorum substantiâ paulò derasâ, innumeri, & tenuissimi tractus medullares oculis subjiciuntur.*

F. F. *Nates eraſæ, è quibus medullares fibrillæ* c. c. *prodeunt, quæ striata corpora superna, posteriora subeunt.*

G. G. *Testes pariter derasi, qui in medullares fibrillas* d. d. *abeunt, quæ prædicta striata corpora superna, posteriora penetrant.*

Reliqua vide explicata *in Tabula IX.*

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*



Glandula, quæ ob aliquam figuræ ſimilitudinem pinealis dicitur, imò & aliquando conarium nuncupatur, eſt corpus ſubcinereum piſi magnitudinem in natu majoribus exæquans, ex ſubſtantia molli ac ſpongioſa conflatum, & membranâ tenuiſſimâ obductum. Hæcce glandula, intra quam exiguum corpus durum, ſubflavum, & nonnihil aſperum ſæpiſſimè reperimus, poſticæ fornicis parti appenditur, & cinereæ ſubſtantiæ natibus intermediæ inſidet, & unitur, juxta foramen, quod ſuperiùs *ani* nomine donavimus; aliquando tamen exiguus tractus medullaris è ſuperiùs memorato tractu medullari nervorum opticorum thalamis interjecto eductus, & arculi, necnon nervuli figuram quadantenus referens illi coaleſcit, ac in ipſam ſpiritum quemdam animalem haud dubiè exonerat, ut hæc munia, quibus dicata eſt, faciliùs obeat. Hanc glandulam irrigant arteriolæ, è ramis arteriæ cervicalis emiſſæ, & ex ipſa emergunt venulæ, quæ in quartum ſinum deſinunt. Quid Glandula pinealis.

Nates,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 106 sur 315

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.*

Quid nates.

Nates, quas neoterici modò protuberantias, modò prominentias, modò proceſſus natiformes vocant, ſunt duo corpora ſubrotunda, extrinſecùs ſubalba, & intùs ſubalbo-cinerea, quæ in ſuperna, medullæ oblongatæ parte prominent, & pone nervorum opticorum thalamos collocantur; *Vide Tabulas* VII. *&* VIII. Extrinſecùs illæ non penitus albæ apparent, propter numeroſas vaſorum propagines, quibus irrigantur: intùs verò ſubalbo-cinereæ ſunt; quòd partim è cinerea, ſeu glanduloſa, & partim ex alba ſeu medullari ſubſtantia conflatæ ſint: ac re quidem ipsâ, paululùm derasâ prominente ipſarum parte, microſcopij interpoſitu, quidam in ipſis facilè deteguntur tractus medullares tenuiſſimi, qui poſticam thalamorum nervorum opticorum partem ſubeunt. *Vide Tabulam* X. in qua ſubrotunda ejuſmodi corpora aliter diſpoſita, ac collocata videbis, quàm *in Tabula* VIII. *Cap.* VII. *Tractatûs de anima brutorum* Clariſſimi VVilliſij, qui nobis veritatis amantiſſimis parcet, ſi octavam hanc tabulam, quam ipſe in explicationis titulo, novam continere aſſerit cerebri humani anatomen, cerebrum vitulinum apprimè, & humanum minimè, aut ferè minimè repræſentare dixerimus; quod manifeſtè cùivis patebit; ſi quod nos ipſi primùm fecimus, tabulam hanc VVilliſianam, cum cerebro humano, & cum cerebro vitulino, uno & eodem tempore conferat, poſtquam juxta propoſitam ab ipſo VVilliſio ſecandi methodum, utrumque ſecuerit, cerebrum.

Natium uſus.

Cùm nates glandulosâ quâdam ſubſtantiâ conſtent, uti modò notavimus, nullus eſt dubitandi locus; quin in ipſis ſpiritus quidam animalis producatur, qui, ad tractus medullares, qui in thalamis nervorum opticorum obſervantur, amandatur, ac deinceps nervos opticos ſubit, vel ad poſticam ſpinalis medullæ regionem deſcendit.

Glandulæ pinealis, & natium deſcriptionem, teſtium deſcriptio excipere debet; quamvis enim apertis anterioribus cerebri ventriculis, & eorum parietibus in orbem reſectis, & exemptis, ſecundus duræ matris proceſſus convexæ incumbens cerebelli parti, quartus ſinus ipſi inſculptus, & quintus falcis baſim occupans, qui quarto unitur & inhiat, potiùs in conſpectum veniant, quàm teſtes, uti videre eſt *in Tabula* VII. quandoquidem partium iſtarum planam, quantùm potuimus, *Cap.* 2. *de craſsâ Meninge*, hiſtoriam tradidimus, glandulâ pineali, & natibus deſcriptis, teſtes deſcribendi ſubſequuntur.

Teſtes

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 107 sur 315

©BIU Santé

Teſtes ob ſitum, potiùs quàm ob figuram ſic dicti, in conum rotundi ſunt, uti videre eſt in *Tabula* VIII. quapropter dicemus, ipſos eſſe corpora in turbinem acuminata, & extrinſecùs, intúſque alba, quæ in ſuperna medullæ oblongatæ parte prominent, & ponè nates, quibuſcum coaleſcunt, conſtituta apparent. Eorum partibus prominentibus nonnihil derafis, medullares omnes, quibus conſtant tractus, unà cum albis natium tractibus, poſticam verſus crurum medullæ oblongatæ partem tendere in excocto cerebro percipitur: atque adeò illorum uſus eſſe videtur, ut nervis opticis ſpiritum animalem ſuppeditent. Vide *Tabulam* X.

CAP. XI. *De Cerebro ſtrictè ſumpto.* Quid Teſtes. Teſtium uſus.

Externæ teſtium ſuperficiei arteriolæ quædam è ramis arteriæ cervicalis emiſſæ, & venulæ in quartum ſinum deſinentes inſternuntur; ipſíque à tergo interpoſitus conſpicitur parvus ac brevis tractus medullaris, qui è tranſverſo tractu medullari, anteriorem valvulæ majoris cerebri partem occupante extrahitur, rectáque aſcendendo, cum poſticâ pontis Varolij parte unitur. Parvus ac brevis ejuſmodi tractus medullaris membranoſi vinculi, cujus interventu, glans & præputium ſimul connectuntur, figuram quodammodo refert, proindéque ipſum frænulum nuncupamus. Vide *Tabulas* VIII. IX. & X.

Ubi nates, & teſtes, glandulâ pineali è propria ſede dimotâ, ab invicem diducuntur, ſubalbo-cinereæ ſubſtantiæ, per quam partes iſtæ antea conjunctæ erant ſubjectus detegitur ductus unus, tertio ſcilicet, & quarto cerebri ventriculo interjectus: qui cùm aquoſos humores è glandulis choroïdæis anteriorum ventriculorum plexibus interſertis exudantes, & anum ſubeuntes excipiat, ac deinceps ad tertium ventriculum tranſmittat, non abs re forſan, aquæ emiſſarium nominabitur. Vide *Tabulas* XI. XII. & XIII. Supernam autem hujuſce aquæ emiſſarij partem, cujus interior ſuperficies ſubcinerea apparet, pontem, ni fallimur, Varolius nominavit.

CAPUT XII.

De Cerebello.

SIngulis cerebri ſtrictè ſumpti, tum exterioribus, tum interioribus partibus accuratè perſpectis, ac expenſis, inſtitutus

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 108 sur 315

©BIU Santé

Cap. XII. *De Cerebello.*

sectionis ordo postulat, ut cerebelli exteriora & interiora perspiciamus, & scrutemur : modò priùs dixerimus, quid cerebelli ipsius nomine intelligendum sit.

Cerebellum est ea cerebri lato modo sumpti pars, quæ medullæ oblongatæ infra testes unita; ipsi majusculi adinstar tuberis supereminet : & posticis binorum cerebri hemisphæriorum limbis subjecta, secundi duræ matris processus interjectu, ab ipso cerebro distinguitur : ex quibus cerebellum in postica calvariæ regione situm esse satis intelligitur. Nonnihil globosâ cerebellum figurâ donatur : ejúsque externa superficies permultis irrigata vasis ; uti videre est *in Tabulis* III. IV. *&* V. sive piâ meninge obducta, sive ab ea expedita, & denudata conspiciatur, transversis pluribus sulcis distincta cernitur : quibus paululùm ab invicem diductis, totum cerebellum in lamellas divisum apparet. Vide *Tabulas* III. IV. V. *&* XI. nec tamen ipsius sulci, uti cerebri gyri, qui intestinulorum convolutionibus similes sunt, incertum & obliquum : quin potiùs transversum situm obtinent, & illius lamellæ ordinatâ quâdam serie disponuntur ; Exterior namque compages ejus, circellis invicem contiguis, & complicatis, necnon situ parallelo per totum ambitum circumeuntibus constare videtur. Vide *Tabulas* IV. V. *&* XI.

Media cerebelli regio, tum circa anteriora, tum circa posteriora in processum vermiformem desinit. Vide *Tabulam* VIII. adeò ut bini sint processus vermiformes, qui facilè conspiciuntur, dummodò cerebellum modò ad anteriora, modò ad posteriora paululùm reclinetur. In binis processibus vermiformibus, veluti in gemino cerebelli polo, circelli illius sunt breviſſimi, uti videre est *in Tabula* VIII. ac exinde versus summitatem tanquam æquatorem ascendendo : quasi paralleli in sphæra sensim ampliantur, vide *Tabulam* XI. In cerebro inverso, juxta quarti ventriculi finem binæ cerebelli partes apparent, quæ postico processui vermiformi adjacent, & quemadmodum ille parvis, brevibúsque circellis insigniuntur. Vide *Tabulas* IV. *&* V.

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 109 sur 315

©BIU Santé

©BIU Santé



©BIU Santé

TABVLA XI.

Cerebrum humanum craſsâ meninge denudatum, & hinc inde diductum, corpore calloſo detracto, unà cum cerebello craſsâ meninge denudato repræſentat.

A. A. A. A. *Cerebri cortex.*

B.B.B.B.&c. *Albi anteriorum cerebri ventriculorum parietes, vaſis ſanguiferis irrigati.*

C. C. *Poſterior prædictorum ventriculorum pars cultello anatomico per medium ſecta, & aperta.*

D. D. *Anteriores medullæ oblongatæ proceſſus, vaſis ſanguiferis irrigati, & utrinque ad latera ultra naturalem tenſionis ſtatum producti.*

a. a. a. a. *Limbus exterior albæ molliſque membranæ, quæ medullæ oblongatæ cruribus inſternitur.*

E. E. *Crura medullæ oblongatæ, utrinque inverſa, & ſupra modum diſtenta.*

F. F. *Pars inferior crurum medullæ oblongatæ, quæ dilaceratur, ubi hæc ad latera invertuntur, & ſupra modum diſtenduntur.*

G. *Fornix, ſeu fimbriata veri fornicis appendix, ex tranſverſo reſciſſa, & ad anteriora reclinata.*

b. b. *Fornicis ſic vulgò dicti radices, ſeu binæ veri fornicis columnæ anteriores, ab invicem diductæ, & paululùm depreſſæ.*

c. c. *Commiſſura craſſioris nervi æmula, per medium ſecta, & paulò minor, quàm par ſit, repræſentata.*

d. d. *Fundus tertij ventriculi dilatatus: in quo arteriarum carotidum rami anteriores, c. uniti, & nervi optici f. f. poſt coalitum ſejuncti, & reſciſſi apparent.*

H. H. *Piæ meningis cerebri baſim obducentis portio, in qua hiatus ad infundibulum ducens conſpicitur.*

g. g. *Albicantes prominentiæ duæ, pone infundibulum conſtitutæ.*

h. h. *Propagines duæ minores arteriæ cervicalis, quæ ſpatium infundibulo, & proceſſui annulari interjectum irrigant &c.*

I. *Canalis natibus, & teſtibus ſubſtratus, ſeu aquæ emiſſarium per ſuperiora apertum.*

K. K. *Nates ab invicem diductæ.*

L. L. *Teſtes ab invicem diducti.*

i. *Tranſverſus tractus medullaris anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans.*

k. *Pars antica valvulæ majoris cerebri.*

M. M. *Magnitudo & figura naturalis cerebelli humani craſsâ meninge denudati, & à vaſis ipſum irrigantibus liberati.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 112 sur 315

©BIU Santé

CAP. XII. *De Cerebello.* Cerebellum, quemadmodùm & cerebrum, distinctis duabus substantiis constat : cinereâ nempe, seu glandulosâ, quæ in toto exteriore illius ambitu conspicitur ; *Vide Tabulas* III. IV. & XI. & albâ, seu medullari, quæ interiora ipsius occupat ; *Vide Tabulas* VIII. XII. & XIII. ubi illud crassâ meninge denudatum ad posteriora reclinatur : subcinerea, nonnihil crassa, & mollis detegitur membrana, quæ est piæ meningis productio, substantiâ glandulosâ, cerebri cortici non absimili intertexta. Hujusmodi autem membrana, quam transversus medullaris tractus circa anteriora subit, processui vermiformi anteriori, processibus à cerebello ad testes, & posticæ pontis Varolij parti adhæret, & unitur ; *Vide Tabulas* VIII. & XII. Ex quibus eam quarti ventriculi cavitatis anticæ parti instratam esse, & aquæ emissarium circa posteriora occludere intelligitur ; *Vide Tabulas* VIII. XI. & XII. proindéque illam valvulæ vices gerere asserimus. Ex quo fit, ut habitâ officij, & magnitudinis illius ratione, ipsam valvulam cerebri majorem nominemus : ut eam à membranaceis ligamentis distinguamus, quæ intra longitudinalis, & lateralium sinuum cavitates, valvularum minorum vices supplent & munia præstant.

Quid membrana, quæ valvula major cerebri dicitur.

Dum cerebellum ab anterioribus ad posteriora frustatim secatur, cineream illius substantiam, cum alba ita permistam esse patet ; ut ambæ invicem complicatæ, in modum marmoris variegatæ appareant : simúlque valvula cerebri major, & uterque processus vermiformis planè deteguntur ; *Vide Tabulam* VIII. Verùm ubi cerebellum integrum per processus vermiformes, geminum veluti per polum secatur, alba mediæ illius regionis substantia plures in tractus divisa conspicitur, qui ramorum adinstar arboris quaquaversus expansi, corticalis ubivis diffusæ substantiæ interseruntur, & uno eodémque tempore oculis subjiciuntur processus à cerebello ad testes, processus à cerebello ad medullam spinalem, & quarti ventriculi cavitas : in qua præter valvulam cerebri majorem, choroïdes plexus unus circa posteriora reperitur ; *Vide Tabulam* XII. quem à plexibus choroïdæis, qui nervorum opticorum thalamis incumbunt, in hoc discrepare vult Clarissimus VVillisius, quod ille pluribus ac majoribus glandulis instructus appareat : Verùm nos hanc discriminis rationem in cerebro humano nunquam reperisse fatemur.

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 113 sur 315

©BIU Santé

reæ ſubſtantiæ intermiſcentur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 114 sur 315

©BIU Santé



©BIU Santé

TABULA XII.

CAP. XII. *De Cerebello.*

Cerebrum humanum hinc inde diductum, ſuperiore utriuſque ipſius hemiſphærij parte ſectâ, ac exemptâ, & cerebellum per medium ſectum, necnon utrinque ad latera reclinatum exhibet.

A.A.A.A.&c. *Radij, ſeu tractus medullares cerebri, guttis pluribus ſanguinis interpuncti, & cortici intermiſti, qui in albam anteriorum ventriculorum ſubſtantiam, ſeu in ovale centrum, hinc inde diductum deſinunt.*

B. B. &c. *Ovale centrum, hinc inde diductum.*

C. C. *Striata corpora ſuperna anteriora, in quibus primâ tantùm ipſorum ſuperficie derasâ, tractus medullares exteriores ac minores conſpiciuntur.*

D. D. *Fornicis ſic vulgò dicti portiones ad latera reclinatæ.*

a. a. a. a. *Semicircularis centri pars ſuperior, quam albæ molliſque membranæ, medullæ oblongatæ cruribus inſtratæ limbus exterior obtegit.*

E. E. *Crura medullæ oblongatæ, utrinque inverſa, & ſupra modum diſtenta.*

b.b.b.b. &c. *Vaſa quædam ſanguifera, poſticam anteriorum cerebri ventriculorum regionem irrigantia.*

F. F. *Subſtantiæ medullaris, poſteriorum cerebri limborum portiones, quæ cerebello per medium ſecto, & ad latera reclinato ſuperjacent.*

C. *Aquæ emiſſarij pars anterior, per ſuperiora aperta, cujus latera ab invicem diducta apparent.*

c. c. *Prædicti aquæ emiſſarij pars poſterior, nondum aperta, qua cum frænulum* d. *unitur.*

e. e. *Tranſverſus tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans.*

f. f. *Nervi pathetici, juxta originem abſciſſi.*

H. H. *Cerebellum per proceſſus vermiformes ſectum cujus bina hemiſphæria ad latera reclinata, ſubtus albæ cerebri ſubſtantiæ portiones* F. F. *partim reconduntur.*

I. *Valvula major cerebri, in antica quarti ventriculi parte ſita.*

K. K. *Quartus ventriculus apertus, cujus poſticam regionem plexus choroïdes* L. *occupat.*

M. M. *Proceſſus duo medullares à cerebello ad teſtes.*

N. N. *Proceſſus medullares à cerebello ad medullam ſpinalem.*

o. *Quarti ventriculi finis, qui ſpinalem in medullam abit.*

g.g.g.g.g.g.&c. *Radij, ſeu tractus medullares, qui anticam ac mediam cerebelli regionem occupantes, & ramorum adinſtar arboris diviſi cinereæ ſubſtantiæ intermiſcentur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 116 sur 315

©BIU Santé

CAP. XI. *De Cerebello.*

h.h.h.h.&c. *Vasa, quibus plexus choroïdes* L. *constat, abscissa.* Reliqua vide explicata *in Tabula XI.*

Valvulâ cerebri majore, & plexu choroïde è cavitate quarti ventriculi exemptis : tractus duo medullares, microscopij interpositu, imò & sine microscopio, in capitibus recenter sectis perspiciuntur ; Vide *Tabulas* IX. & X. iis utrinque albæ quædam fibrillæ transversim positæ coalescunt, quæ è medulla oblongata emergunt, & circa originem ab invicem distinctæ sunt, licèt *in Tabulis* IX. & X. simul unitæ repræsententur, & unici tractus medullaris transversi figuram æmulentur. Jamjam memorati tractus duo medullares utrinque processum à cerebello ad medullam spinalem superscandunt, ipsíque adhæresçunt, ac deinceps partim in molliores, & partim in duriores ramos nervorum septimæ conjugationis desinunt. Prætereà circa finem quarti ventriculi, tres utplurimùm, & interdum quatuor, aut quinque medullares fibrillæ, è processibus à cerebello ad medullam spinalem eductæ, observantur, quæ utrinque simul coalescendo, brevem tractum album efformant, cujus pars inferior modò in tres, modò in quatuor fibrillas dirimitur, quæ in nervum octavi paris abeunt : superior verò illius pars, postquam fibrillas quasdam ramo molliori nervorum septimæ conjugationis impertiit, in duos exiguos truncos, veluti ramos, dividitur, quorum superior in ramum duriorem prædictorum nervorum septimæ conjugationis desinit, & inferior sextæ conjugationis nervo efformando inservit. Ex iis, quæ suprà diximus, sympathiæ, quæ inter partes, quibus sexti, septimi, & octavi paris nervi prospiciunt, rationes facilè deduci possunt.

Postquam cerebellum per processus vermiformes sectum fuit, ut penitiores illius partes in conspectum veniant, & quâ serie medullares illius fibrillæ disponantur, verè cognoscatur : illud rursùs utrinque per medium secamus, & subindè partim versus superiora, & partim versus inferiora reclinamus, iisque peractis in meditullio utriusque illius hemisphærij, cinerea, seu glandulosa quædam substantia observatur, quam utpotè in partes, rhombi figuram quadantenùs æmulantes distinctam, modò rhomboideam substantiam, modò rhomboïdea cerebelli corpora nuncupabimus ; Vide *Tab.* XIII. Infra rhomboïdea ejusmodi corpora, medullares omnes, quibus utrumque cerebelli hemisphærium constat, fibrillæ simul

©BIU Santé



©BIU Santé

Tabula XIII

folio. 79



Beaudeau sculpsit Monsp.

©BIU Santé

ſimul concurrunt, & in unum quaſi commune centrum coëuntes, utrinque in medullare, ac velut ſpongioſum corpus abeunt, quod medullare hemiſphæriorum cerebelli centrum nominamus. CAP. XII. *De Cerebello.*

E prædicto medullari hemiſphæriorum cerebelli centro ſex, utrinque nempe tres, medullaribus ſimul coaleſcentibus fibrillis conſtantes, proceſſus educuntur, quorum interventu, cerebelli medulla, cum poſtica ovalis centri parte, cum tractibus albis, è media ovalis ejuſdem centri regione eductis, & cum medulla ſpinali communicat, ut *Cap.* XIX. indicabitur. Hujuſmodi proceſſuum alios, utpotè teſtes verſus tendentes, proceſſus à cerebello ad teſtes: alios quippe qui ad medullam oblongatam inclinantur, proceſſus à cerebello ad medullam oblongatam: & alios ſpinalem in medullam deſinentes, proceſſus à cerebello, ad ſpinalem medullam nominamus. Vide *Tabulas* XII. & XIII.

TABVLA XIII.

Cerebrum humanum hinc indè diſtractum, ſuperiore utriuſque hemiſphærij ſubſtantiâ, paulò profundiùs quàm in Tabula præcedenti derasâ, repræſentat, unà cum cerebello; cujus primò vermiformes per proceſſus ſecti, utrumque hemiſphærium per medium ſectum, & partim ad ſuperiora, partímque ad inferiora reclinatum fuit, ut interiora illius planè conſpiciantur.

A.A.A.A.&c. *Binæ cerebelli ſubſtantiæ, cinerea nempe & alba, ſimul complicatæ, & guttulis pluribus ſanguinis interpunctæ.*

B. B. B. B. *Ovale centrum, hinc inde diductum.*

C. C. *Poſterior anteriorum cerebri ventriculorum regio, in qua vaſa quædam, a. a. a. a. reſciſſa apparent.*

D. D. D. D. *Ovalis centri margo medullaris, ſtriata corpora ſuperna ambitu ſuo comprehendens, iiſque profundè deraſis ſupereminens.*

E. E. *Ovalis centri* B. B. B. B. *& medullaris illius marginis* D. D. D. D. *pars poſterior.*

F. F. *Striata corpora ſuperna anteriora, in quibus profundè deraſis, tractus medullares interiores ac craſſiores conſpiciuntur, qui medullari è margine* D. D. D. D. *immediatè educuntur.*

G. G. G. G. *Semicirculare centrum, hinc indè diductum.*

H. H. *Fornicis ſic vulgò dicti portiones, ad latera reclinatæ.*

I. I. *Crura medullæ oblongatæ, ſeu ſtriata corpora ſuperna poſteriora utrinque inverſa, & ſupra modum diſtenta, quorum tractus medullares ad nates & teſtes inclinantur, iiſque ſubjiciuntur, ut*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 120 sur 315

©BIU Santé

ut ad posticam spinalis medullæ partem descendant.

CAP. XII. *De Cerebello.*

K. K. *Albæ posteriorum cerebri loborum substantiæ residuæ quædam portiones ad inferiora paululùm reclinatæ.*

b. b. *Nervi pathetici juxta originem resciſſi.*

c. c. *Transversus tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans, per medium sectus, & à prædicta valvula sejunctus.*

L. *Aquæ emissarium per superiora apertum, cujus partes laterales ab invicem diductæ sunt.*

M. *Quartus ventriculus apertus, in quo vasa quædam abscissa apparent, & cujus margines, Q. Q. R. R. & S. S. ab invicem diducti sunt.*

N. N. *Cerebelli per processus vermiformes secti bina hemisphæria per medium secta, & partim ad superiora, partimve ad inferiora reclinata, quorum meditullia corpora rhomboïdea* d. d. d. d. &c. *occupant.*

O. O. O. O. &c. *Tractus medullares cerebelli, cortici intermisti, qui in utroque illius hemisphærio simul coalescendo, in substantiam medullarem* P. P. *abeunt, quam medullare hemisphæriorum cerebelli centrum nominamus.*

e. e. e. e. &c. *Medullares quidam tractus cinereæ substantiæ inserti, & arboris ramos referentes, qui in cerebello, per processus vermiformes secto apparent.*

Q. Q. *Mediæ gemini medullaris hemisphæriorum cerebelli centri partes; quæ utrinque quarto ventriculo sese subjiciendo, & medullam oblongatam adinstar annuli amplexando, in processum annularem majorem VVillisij desinunt, quem videas* in Tabulis IV. V. XIV. & XV.

R. R. *Processus medullares è cerebello ad testes.*

S. S. *Processus medullares à cerebello ad medullam spinalem.*

T. *Medullæ spinalis initium.*

Reliqua vide explicata *in Tabula XI.*

Bini processus à cerebello ad medullam oblongatam, è quibus, in media medullæ oblongatæ basi simul coëuntibus, processus annularis major VVillisij conflatur, exterioribus ac crassioribus, & interioribus ac minoribus fibrillis medullaribus constant.

Exteriores binorum à cerebello ad medullam oblongatam processuum fibrillæ medullares, ubi ad mediam medullæ oblongatæ basim pervenerunt, in rimula nonnihil profunda, quam inibi arteria cervicalis in homine procudit, sese immediatè tangunt, promiscuè

©BIU Santé

miſcuè ſimul miſcentur, & medullam oblongatam in modum annuli ſuccingunt : proindéque ipſas haud dubiè Clariſſimus VVilliſius, proceſſus annularis majoris nomine donavit. Vide *Tab.* IV. V. XIV. & XV. interiorum verò quarum extremi fines ab invicem diſtincti, & ad inferiora paululùm reclinati videntur : uti videre eſt in *Tabula* XVI. aliæ circa mediam medullæ oblongatæ baſeos regionem, tractibus albis, ſtriatis è corporibus mediis emergentibus ſuperponuntur. Vide *Tab.* XVI. & aliæ ipſis ſubjiciuntur ; unde fit ut prædictæ medullares fibrillæ & prædicti tractus albi viciſſim ſeſe cruciatim interſecent : uti in ſectione cerebri facilè obſervari poteſt. Ex ſupradictis proceſſus à cerebello ad medullam oblongatam, & proceſſum annularem, unum & idem ſonare colligitur. Hujuſmodi autem proceſſum, majorem nominavit Clariſſimus VVilliſius, ut ipſum à minori diſtingueret, qui in cerebello, quorumdam animantium reperitur, & in cerebro humano ſemper deſideratur. Cap. XII. *De Cerebello.*

Albæ utriuſque hemiſphærij cerebelli fibrillæ medullares, priuſquam in proceſſus, quos ſuperiùs deſcripſimus, deſinant, inſignes in trùncos medullares abeunt, quibus duplici veluti pede, tota cerebelli moles ſuffulcitur, propterеáque illos Clariſſimus VVilliſius cerebelli pedunculos nuncupavit. Vide *Tab.* IX. & X.

Ubi ſuprà recenſitæ partes inveſtigantur, inter proceſſus à cerebello ad teſtes, & proceſſus à cerebello ad medullam oblongatam, alba corpora duo, unum ſcilicet utrinque, reperiuntur, quæ nervorum, aut ſaltem nervearum fibrillarum figuram & colorem referunt ; bina autem ejuſmodi corpora ad ſuperiorem proceſſus annularis partem tendunt.

CAPUT XIII.

De Medulla oblongata.

HActenus hæc omnia, quæ ad ſupernam cerebri, & medullæ oblongatæ partem ſpectant, fusè, necnon clarè explicuimus : imò cerebellum ipſum extrinſecùs intúſque luſtravimus : atque adeò ſupereſt tantùm, ut inſtitutum ſervando ſectionis ordinem, cerebri ſtrictè ſumpti & medullæ oblongatæ baſeos exteriora, & interiora luſtremus, ac explicemus : quod præſtare

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 122 sur 315

©BIU Santé

CAP. XIII. *De Medulla oblõgata,*

conabimur : modò priùs medullam oblongatam , utpote cerebri lato modo ſumpti productionem è duplici ſubſtantiâ, cinereâ nempè, & albâ , conflatam eſſe dixerimus , ejúſque definitionem tradiderimus.

Quid medulla oblongata.

Medulla oblongata eſt ea cerebri lato modo ſumpti pars , quæ partim intra ovalis centri ambitum continetur , & partim cerebello ſubjicitur : adeò ut hæc ab ipſa antica regione anteriorum ventriculorum , ad finem uſque quarti ventriculi extendatur , ubi ſpinalem in medullam deſinit.

His omnibus accuratè explicatis, quæ vel in ſuperna, tum cerebri, tum medullæ oblongatæ regione obſervantur, vel ad cerebellum ipſum ſpectant ; ut ea detegere ſubinde planè ac deſcribere poſſimus, qùæ in ipſa cerebri ſtrictè ſumpti, & medullæ oblongatæ baſi reperiuntur,cerebello à pedunculis ſuis tranſverſim reciſis ſejuncto, cerebrum , convexâ ejus parte fruſtatim ſectâ, ac exemptâ, invertimus; eóque inverſo , arteriarum vertebralium, & carotidum trunci tranſverſim ſecti , earum propagines , quæ cerebri baſeos exteriora irrigant , nervorum paria decem , infundibulum, albicantes prominentiæ duæ pone infundibulum conſtitutæ , proceſſus duo à cerebello ad medullam oblongatam , qui in proceſſum annularem majorem VVilliſij abeunt , corpora pyramidalia , corpora olivaria , & nervi ſpinales ad par vagum acceſſorij oculis ſubjiciuntur. Vide *Tabulas* IV. & V.

Vaſorum cerebrum irrigantium , infundibuli , & proceſſuum à cerebello ad medullam oblongatam, accuratam,quantùm potuimus, hiſtoriam ſuperiùs tradidimus. Decem verò nervorum paria , quæ inverſo in cerebro conſpiciuntur, *Lib.*3. deſcribemus. Quod ad prædictas albicantes prominentias, eæ ſunt corpora duo ſubrotunda, piâ meninge obducta, & extrinſecùs, necnon intrinſecùs alba, quæ pone infundibulum collocantur , & in commiſſuram craſſioris nervi æmulam deſinunt. Vide *Tabulas* IV. V. XIV. & XV.

Quid albicantes prominentiæ pone infundibulum conſtitutæ.

Quid corpora pyramidalia.

Corpora pyramidalia infra proceſſum annularem ſita , ſunt albæ prominentiæ duæ pyramidales , quæ in media medullæ oblongatæ baſi , circa finem illius reperiuntur , quæque licèt ſimul coaleſcant, arteriæ ſpinalis anticæ interjectu , ab invicem diſtinctæ videntur ; Vide *Tabulas* IV. V. XIV. & XV.

Quid corpora olivaria.

Corpora olivaria ſunt albæ prominentiæ duæ olivæ nucleum referentes , quæ corporum pyramidalium lateribus adjacent. Vide

Tabulas

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 123 sur 315

©BIU Santé

Tabulas IV. V. XIV. & XV. Hîc in tranſcurſu notandum occurrit, quod albicantes pone infundibulum conſtitutæ prominentiæ, corpora pyramidalia, & corpora olivaria ſpiritum quemdam animalem, parvorum adinſtar conceptaculorum excipiunt, qui ex ipſis pro data occaſione depromitur, uti *Capite* XX. explicabitur.

CAP. XIII. *De Medulla oblõgata.* Prominẽtiarum albicantium pone infundibulũ conſtitutarum, corporum pyramidaliũ, & corporum olivarium uſus.

Recenſitis modò partibus inveſtigatis, nervos olfactorios ab anterioribus ad poſteriora invertimus, nervos opticos non procul à mutuo ipſorum coalitu tranſverſim ſecamus, paria nervorum, quartum & quintum ad interiora reclinamus, cæteríſque nervis è medulla oblongata prodeuntibus, in ſitu naturali relictis baſeos cerebri loborum interiora luſtraturi, ipſos ſanguiferis à vaſis, quantùm fieri poteſt, liberatos, ſenſim deradimus, eáque ratione quamplurimos medullares tractus in illis detegimus: qui ita diſpoſiti ſunt, ut unà cum cinerea, cui intermiſcentur, ſubſtantia, corpora ſtriis diſtincta quadantenus referant; propterea que interiorem hanc baſeos cerebri ſubſtantiam, habitâ figuræ & ſitûs illius ratione, ſtriata corpora inferna, exteriora nuncupamus: quæ in anteriora & poſteriora dividimus: quod utrinque ſubſtantia medullaris craſſiorem nervum referens tranſverſim & nonnihil obliquè ipſis interjecta ſit: quam proindè tractum medullarem tranſverſum, & nonnihil obliquum nominamus. Hujuſmodi verò tractus medullaris, qui duplex eſt, ut videri poteſt in *Tabula* XIV. albis quibuſdam fibrillis, è lobis baſeos cerebri emergentibus, & ſimul coaleſcentibus conſtare videtur, & infimæ parti commiſſuræ craſſioris nervi æmulæ coaleſcit: adeò ut illius interventu, non tantùm ſtriata corpora inferna exteriora invicem communicent, ſed etiam ſpiritus animalis, qui cerebri ſuperiora occupat, cum ſpiritu animali, qui in baſi illius hoſpitatur, ſocietatem aliquam inire, ſeu commercium aliquod habere poſſit. Quod facilè quivis intelliget: dummodo priùs utrumque ſemicirculare centrum, ſtriatis corporibus ſupernis, anterioribus & poſterioribus intermedium & tractum utrumque medullarem ſtriatis corporibus infernis exterioribus, anterioribus & poſterioribus interjectum, totidem veluti conceptacula ſpiritûs animalis eſſe animadverterit, quæ commiſſuræ craſſioris nervi æmulæ miniſterio, ſimul communicant.

Albi ſeu medullares tractus, quibus corpora inferna exteriora, & anteriora conſtant, in prædictum tractum medullarem tranſverſum, & nonnihil obliquum utrinque deſinunt: albi verò tractus, qui in ſtriatis corporibus infernis exterioribus, ac poſterioribus cernuntur,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 124 sur 315

©BIU Santé

albis in tractibus è media ovalis centri regione eductis terminantur. Vide *Tabulam* XIV.

Cap. XIII. *De Medulla oblõgata.*

TABULA XIV.

Cerebri à quadam exterioris suæ substantiæ parte undiquaque liberati, basim paululùm derasam exhibet, cerebelllo & vasis omnibus exemptis: ut vera omnium ferè nervorum qui è cerebro prodire dicuntur, origo, & striata corpora inferna exteriora planè conspici possint.

A. A. A. A. *Binæ baseos cerebri derasæ substantiæ, cinerea nempe, & alba invicem complicatæ.*

B. B. *Striata corpora inferna exteriora ac anteriora, paululùm ab invicem diducta, quorum striæ seu tractus albi, in tractus medullares transversos & nonnihil obliquos* D. D. *desinunt.*

C. C. *Striata corpora inferna exteriora ac posteriora, quorum tractus albi, è tractibus medullaribus transversis & nonnihil obliquis* D. D. *educuntur, & in tractus albos è media ovalis centri regione eductos* I. I. *desinunt.*

D. D. *Tractus uterque medullaris transversus & nonnihil obliquus, striatis corporibus infernis exterioribus, anterioribus, & posterioribus intermedius.*

E. E. *Alba loborum baseos cerebri substantia, è qua tractus medullares transversi & nonnihil obliqui* D. D. *conflati videntur.*

F. F. *Commissuræ crassioris nervi æmulæ transversim resciſſæ, & paululùm diductæ, pars infima, quacum prædictus uterque tractus medullaris transversus, & nonnihil obliquus* D. D. *unitur.*

G. G. *Albicantes prominentiæ duæ pone infundibulum constitutæ, & hîc ab invicem diductæ, quæ in commissuram crassioris nervi æmulam desinunt.*

H. H. *Nervi utriusque olfactorij ad posteriora reclinati, & nervis opticis incumbentis origo.*

I. I. *Tractus medullares è media ovalis centri regione educti: qui ubi striatis è corporibus mediis emerserunt, ad anticam spinalis medullæ partem tendendo, processibus à cerebello ad medullam oblongatam* L. L. *sese subjiciunt.*

K. K. *Nervi optici in situ naturali, paulò ante coalitum transversim secti.*

a. a. 2 2 *Nervi oculos moventes transversim resciſſi & in situ naturali relicti, qui aliquando paulò inferiùs è medulla oblongata prodeunt: adeò ut à superna processûs annularis parte oriri videantur. Vti videre est* in Tabulis IV. V. & XV.

B. B.

©BIU Santé

B. B. *Nervi pathetici ad interiora pauliſper inclinati.*

c. c. *Nervi quintæ conjugationis ad interiora inclinati, & paulò minores, quàm par ſit repræſentati.*

L. L. *Proceſſus medullares à cerebello ad medullam oblongatam, ſeu proceſſus annularis medullæ oblongatæ baſim ſuccingens.*

M. *Rimula quam arteria cervicalis, in media medullæ oblongatæ baſi procudit, & in qua fibrillæ medullares exteriores utriuſque medullaris proceſſus à cerebello ad medullam oblongatam ſeſe immediatè tangunt, & invicem miſcentur.*

d. d. *Nervi ſextæ conjugationis.*

e. e. *Nervi ſeptimæ conjugationis, qui è medulla oblongata, circa exortum nervorum octavæ conjugationis prodeunt.*

f. f. *Rami ſuperiores duriores, ac minores nervorum ſeptimæ conjugationis.*

g. g. *Rami inferiores molliores, ac craſſiores nervorum ſeptimæ conjugationis.*

h. h. *Nervi octavæ conjugationis, ſeu paris octavi.*

N. N. *Corpora pyramidalia.*

o. o. *Corpora olivaria.*

i. i. *Nervi conjugationis nonæ.*

k. k. *Nervi decimæ conjugationis.*

l. l. *Nervi ſpinales ad par vagum acceſſorij.*

P. *Spinalis medulla circa exortum reciſa.*



©BIU Santé

Cap. XIII. *De Medulla oblõgata.*

Striatis corporibus infernis exterioribus perspectis, si cerebri basis profundè adeò deradatur, ut illa unà cum utroque tractu medullari transverso & nonnihil obliquo ipsis interjecto eximantur, alia deteguntur striata corpora inferna, quæ habitâ situs ipsorum ratione, striata corpora inferna interiora nominamus: quæque ab exterioribus in hoc discrepant, quòd exteriora intra baseos cerebri lobos recondantur: interiora verò anticam medullæ oblongatæ baseos partem occupent, & medullaribus nullis tractibus transversis ab invicem distinguantur: uti videre est in *Tabula* XV.

Præterea striatorum corporum infernorum exteriorum tractus albi, è medullari infimæ cerebri partis substantia educuntur: ut in *Tabula* XIV. videri potest: albi verò tractus, quibus striata corpora inferna interiora constant, ab infima ovalis centri regione proficiscuntur, & nonnihil obliquo ductu, in tractus medullares striatis è corporibus mediis emergentes desinunt. Vide *Tabulam* XV.

TABULA XV.

Cerebri humani, cerebello, & vasis omnibus exemptis, à tota ferè substantia exteriore liberati basim, paulò profundiùs, quàm in Tabula præcedenti derasam exhibet.

A. A. A. A. *Pars infima ovalis centri circa anteriora disjuncti.*

B. B. *Cinereæ substantiæ baseos cerebri derasæ residuæ quædam portiones; substantiæ medullari intermistæ.*

C. C. *Medullaris cerebri substantia, quæ medullæ oblongatæ crurum posteriora occupat.*

D. D. *Striata corpora inferna interiora, quorum tractus albi ex infima ovalis centri regione* A. A. A. A. *educti, nonnihil obliquo ductu, in tractus medullares desinunt striatis è corporibus mediis emergentes, qui in* Tabula XIV. litteris I. I. *designantur.*

E. E. *Commissuræ crassioris nervi æmulæ, transversim sectæ, & diductæ pars infima.*

F. F. *Nervi optici ad posteriora reclinati, & utrinque ab interioribus ad exteriora inversi.*

G. G. *Medullaris substantia, quâ intermediâ nervi optici simul coalescunt, & quæ in ipsis ab invicem diductis prominet.*

Reliqua vide explicata in *Tabula XIV.*

Striatis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 127 sur 315

©BIU Santé

Striatis corporibus infernis interioribus perſpectis, penitúſque derasis, alia in conſpectum veniunt ſtriata corpora, quæ ſtriatis corporibus ſupernis, & ſtriatis corporibus infernis interioribus, quæ in medulla oblongata reperiuntur, intermedia ſunt; propterea ipſa ſtriata corpora media nuncupamus. Vide *Tabulam* XVI. Quæ à reliquis in hoc diſcrepant: quòd albi eorum tractus pluribus fibrillis medullaribus conſtent: proindéque albis cæterorum ſtriatorum corporum tractibus craſſiores exiſtant. Prætera tractus albi, quibus ſtriata corpora media conſtant, è media ovalis centri regione educuntur, nec quemadmodum tractus medullares ſtriatorum corporum ſupernorum anteriorum, & ſtratorum corporum infernorum, tum exteriorum, tum interiorum, intra cerebri confinia terminantur. Quin è contra ubi è cinerea, cui interſeruntur, ſubſtantiâ emerſerunt, nonnihil flexuoſo ductu, ad anticam ſpinalis medullæ regionem tendunt: adeò ut partim in medullam ſpinalem, & partim in antica ſpinalium nervorum principia abeant. Vide *Tabulam* XVI. Cap. XIII. *De Medulla oblõgata.*

Vbi prædicti tràctus medullares, qui in ſtriatis corporibus mediis conſpiciuntur, ſpinalem ad medullam porriguntur, priuſquam è calvaria emergant, alias proceſſus annularis fibrillas medullares ſuperſcandunt. Vide *Tabulas* XIV. *&* XV. & aliis ſeſe ſubjiciunt. Vide *Tabulam* XVI. ita ut medullares tractus ſtriatis è corporibus mediis emergentes, & medullares annularis proceſſus fibrillæ cruciatim ſeſe invicem interſerant, imò & ſimul communicent.

Hîc notandum occurrit, quòd tractus albi, qui in ſtriatis corporibus ſuprà deſcriptis obſervantur, quemadmodum & fibrillæ medullares proceſſuum è medullari, utriuſque hemiſphærij, cerebelli centro eductorum, & Capite præcedenti deſcriptorum, non ſicut fibrillæ, è quibus tum cerebri, tum cerebelli medulla conflatur, incertum, quin potiùs certum ſitum obtinent; adeò ut tendens ad principia nervorum ſpiritus animalis, qui in medulla cerebri, nec non cerebelli, pluribus, diſtinctis, atque inexplicabilibus modis movetur, prædictos tractus albos, & medullares jamjam memoratorum proceſſuum fibrillas, tanquam tritas, ſtatáſque vias ingrediatur, & in illis certos, ac determinatos motus obeat, ut *Capite* XIX. explicabitur.

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 128 sur 315

©BIU Santé

Cap. XIII. *De Medulla oblõgata.*

Tabula xv



TABVLA XVI.

Cerebri humani, cerebello, & vasis omnibus exemptis, à tota ferè cinerea substantia exteriore liberati basim paulò profundiùs, quàm in Tabula præcedenti derasam exhibet: ut striata corpora media, & fibrillæ medullares interiores ac minores processuum à cerebello ad medullam oblongatam planè conspici possint.

A. A. A. A. *Media ovalis centri regio.*

B. B. B. B. *Cinereæ substantiæ baseos cerebri derasæ, residuæ quædam portiones, substantiæ medullari intermistæ.*

C. C. *Medullaris cerebri substantia, quæ medullæ oblongatæ crurum posteriora occupat.*

D. D. D. D. *Striata corpora media, quorum tractus albi nonnihil flexuoso ductu, ad anticam spinalis medullæ regionem descendunt.*

E. E. E. E. *Eæ striatorum corporum mediorum partes, sub quibus derasis, inverso*

©BIU Santé

verſo ſcilicet in cerebro, utriuſque ſemicircularis centri pars infima obſcurè cernitur.

F. F. *Tractus medullares è media ovalis centri regione educti, ad anticam uſque partem medullæ ſpinalis producti.*

a. a. *Commiſſuræ craſſioris nervi æmulæ tranſverſim reſciſſæ, & diductæ pars infima.*

b. b. *Fornicis ſic vulgò dicti radicum tranſverſim ſectarum partes infimæ.*

G. G. *Fibrillæ medullares interiores ac minores, quæ in proceſſibus à cerebello ad medullam oblongatam deraſis, cinereæ cuidam ſubſtantiæ interſertæ apparent, & ad mediam medullæ oblongatæ baſim tendendo, tractus medullares è media ovalis centri regione eductos cruciatim interſecant, & ab ipſis vicisſim interſecantur.*

c. c. *Prædictarum fibrillarum medullarium interiorum, ac minorum proceſſuum à cerebello ad medullam oblongatam, extremi fines, qui anticam verſus partem ſpinalis medullæ paululùm inclinati apparent.*

H. H. *Corporum pyramidalium deraſorum ſedes.*

I. I. *Corporum olivarium deraſorum veſtigia.*

K. *Pars antica ſpinalis medullæ, unà cum tractibus albis* F. F. *juxta exortum tranſverſim reſciſſæ.*



©BIU Santé

CAP. XIII. *De Medulla oblõgata.* Quid cerebrum lato modo sumptum.

Ex iis, quæ hactenus diximus, colligi potest, cerebrum principem esse corporis partem, è duplici, cinereâ nempe, seu glandulosâ, & albâ seu medullari conflatam substantiâ; quæ primaria animæ sedes, spiritûs animalis generationi, necnon dispensationi dicata, & actionum animalium vel in ipsa, vel per ipsam edendarum organum, quatuor intra se ventriculos, diversarum adinstar domicilij regionum excavatos habet, & variis insignita partibus, necnon sanguiferis diversi generis ductibus irrigata cernitur: ac præterea unicum tantùm inspicitur mediæ illius basi appensum, tertio inhians ventriculo, & glandulæ pituitariæ insitum vas excretorium. Natura quoque illud piâ obduxit, necnon crassâ meninge, quæ octo semper, utplurimùm novem, & aliquando undecim intra se sinus insculptos habet, unáque cum pia meninge, singulis è cerebro prodeuntibus nervis involucrum seu tunicam largitur: ac deinceps vertebrarum specum subeundo, & ex ea emergendo, tum medullam spinalem, tum emissos ab ipsa nervos, pariter ac pia meninx ubivis obducit.

TABULA XVII.

Cranij humani basim interiorem crassâ meninge obductam, & omnia, quæ in ea, cerebro exempto, observantur, repræsentat.

FIGVRA I.

A. A. A. A. *Cranij in orbem resecti margo.*

B. B. B. B. *Interior cranij basis crassâ meninge obducta.*

C. *Processus osseus internam ossis frontis superficiem occupans.*

a. *Foramen processui osseo* C. *& apophysi cristæ galli* D. *interjectum, per quod arteriolæ* b. b. *transeunt.*

b. b. *Arteriolæ è carotidibus emissæ, & ad latera reclinatæ, quæ foramen* a. *subeunt, & per interiorem ossis frontis substantiam disseminantur: has comitantur venulæ, in sinus laterales desinentes, quæ hîc non exhibentur.*

D. *Apophysis cristæ galli, quam ossis cribriformis septum vocat Clarissimus VVillisius.*

c. c. *Foraminula ossi cribriformi incisa, per quæ nervi utriusque olfactorij fibrillæ, sanguiferis quibusdam vasis comitatæ transeunt.*

d. d. *Arteriolæ & venulæ, quæ, ubi per foraminula* c. c. *unà cum fibrillis utriusque nervi olfactorij transierunt, per eam membranæ pituitariæ partem disseminantur, quâ narium interiora obducuntur.*

c. c. c. c.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 131 sur 315

©BIU Santé

c. c. c. c. *Arteriolæ, & venulæ nervos olfactorios concomitantes, & unà cum ipsis in papillosa carne ossis ethmoidis parti cribri adinstar perforatæ subjectâ desinentes.* CAP. XIII. *De Medulla oblõgata.*

E. E. *Nervi olfactorij, seu primæ conjugationis, non procul ab originibus suis abscissi, qui in fibrillas desinunt: quæ, ubi foraminula* C. C. *pertransierunt, in prædicta carne papillosa terminantur.*

F. *Infundibulum, glandulæ pituitariæ intra sellam equinam reconditæ appensum, & ad anteriora reclinatum.*

f. f. *Venulæ è glandula pituitaria emergentes, quæ ad anticam sinuum lateralium partem tendendo infundibuli lateribus innituntur.*

G. G. *Nervi optici, seu secundæ conjugationis, paulò ultra coalitum abscissi.*

g. g. *Arteriolæ nervorum opticorum interiora subeuntes, quæ in uvea & retina terminantur: has comitantur venulæ in sinus laterales desinentes, quæ hîc non repræsentantur.*

H. H. *Arteriarum carotidum è receptaculis sellæ equinæ lateribus appositis emergentium trunci abscissi.*

h. h. *Arteriolæ è carotidibus emissæ, quæ in glandulam pituitariam inseruntur.*

I. I. *Crassæ meningis, receptaculorum sellæ equinæ lateribus appositorum, partem supernam constituentis portiunculæ prædictam versus sellam equinam reclinatæ.*

I. *Posticus sellæ equinæ processus.*

k. k. *Nervi oculorum motorij, seu tertiæ conjugationis ad anteriora reclinati.*

l. l. *Nervi pathetici, seu quartæ conjugationis, nervorum quintæ conjugationis anterioribus ramis* m. m. *incũbentes, & ad anteriora reclinati.*

m. m. *Anteriores nervorum quintæ conjugationis rami è quibus binæ utrinque fibrillæ emittuntur: quæ modò uni, modò duabus fibrillis è nervis sextæ conjugationis emissis coalescunt, & in binos abeunt nervos, intercostalium nervorum nomine donatos; quorum trunci hîc paulò minores, quàm par sit repræsentati, dum adhuc intra calvariam latitant, arteriis carotidibus subjiciuntur.*

n. n. *Receptacula duo sellæ equinæ lateribus apposita, aperta; ut quæ in ipsis reperiuntur, oculis planè subjiciantur.*

*. *. *Crassæ meningis receptaculorum sellæ equinæ lateribus appositorum partem supernam constituentis portiones, utrinque ad latera reclinatæ.*

K. K. *Sinus duo superiores sellæ equinæ adjacentes, qui anticâ suâ parte, receptaculis sellæ ejusdem equinæ lateribus appositis inhiant: posticâ verò in sinus laterales desinunt.*

o. o. *Nervi quintæ conjugationis, quos arteriolæ* p. p. p. p. *comitantur.*

p. p. p. p. *Arteriolæ nervos quintæ conjugationis comitantes, eorumque plexum ganglioformem subeuntes.*

q. q. *Nervi sextæ conjugationis, unà cũ nervis* k. k. l. l. m. m. *& unà cũ arteriis carotidibus receptacula sellæ equinæ lateribus apposita permeãtes.*

L. L. *Sinus duo inferiores sellæ equinæ adjacentes, qui anticâ suâ parte,*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 132 sur 315

©BIU Santé

Cap. XIII. De Medullæ oblõgata.

receptaculis ſellæ equinæ lateribus appoſitis inhiant : poſticâ verò in venas jugulares internas deſinunt : uti videre eſt in Tabulis I. & IV.

r. r. *Rami ſuperiores ac duriores nervorum ſeptimæ conjugationis.*

ſ. ſ. *Rami inferiores ac molliores, nervorum ſeptimæ conjugationis.*

T. T. *Arteriæ nervos ſeptimæ conjugationis concomitantes.*

u. u. *Nervi octavæ conjugationis, multis fibris conſtantes, quibus nervi* x. x. &c. *utplurimùm coaleſcere videntur.*

x. x. x. x. *Nervi ſpinales ad par vagum acceſſorij.*

Y. Y. *Nervi nonæ conjugationis.*

Z. Z. *Nervi decimæ conjugationis.*

2. 2. 2. 2. *Arteriolæ à vertebralibus emiſſæ, quæ octavæ, nonæ, & decimæ conjugationis nervos comitantur.*

M. M. *Arteriæ vertebrales, quæ in arteriam cervicalem* N. *deſinunt.*

N. *Arteria cervicalis abſciſſa.*

3. 3. 3. *Arteriarum vertebralium rami abſciſſi, qui ſimul coaleſcendo in arteriam ſpinalem anticam deſinunt : uti videre eſt* in figura III. Tabulæ XVIII. & in figura IV. Tabulæ XIX.

O. *Magnum oſſis occipitis foramen, per quod ſpinalis medulla vertebrarum ſpecum ſubitura tranſit.*

4. 4. *Nervorum ſpinalium par primum.*

P. *Medulla ſpinalis abſciſſa.*

Q. Q. *Sinus duo laterales aperti, qui è calvaria emergendo partim in venas vertebrales, & partim in venas jugulares internas abeunt: uti videre eſt in* Tabulis I. & IV.

R. *Quarti ſinus orificium.*

S. S. *Orificia duarum venarum ex interioribus apophyſium, quæ maſtoïdes dicuntur, emergentium, & in ſinus laterales deſinentium.*

T. T. *Arteriæ duæ majores, craſſam meningem irrigantes, quas venæ in venas jugulares internas deſinentes comitantur.*

V. V. *Arteriæ* T. T. *abſciſſæ, quarum reliquam diſtributionem vide in* Tabula I.

X. X. *Arteriæ duæ minores, craſſam meningem irrigantes, quas venæ in venas jugulares internas deſinentes comitantur.*

Y. Y. Y. *Poſtica cranij pars exterioribus velamentis denudata.*

FIGURA II.

A. A. A. *Glandula pituitaria è propria ſede exempta.*

B. *Infundibulum glandulæ pituitariæ appenſum, & ad anteriora reclinatum.*

CAPUT

©BIU Santé

Tabula XVII. Figura I.



Figura II

Beaudeau sculpsit mons.

CAPVT XIV.

De Cerebri muniis in genere.

SIngulis cerebri partibus accuratè deſcriptis, ſupereſt ut verâ ejus fabricâ cognitâ ac ritè penſitatâ, gemina tum ipſius, tum ſingularum illius partium munia depromere conemur. Primarius autem cerebri lato modo ſumpti uſus eſt, ut facultatum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 134 sur 315

©BIU Santé

Cap. XIV. *De Cerebri muniis in genere.*

animalium primum ac præcipuum ſit organum : prout ſcilicet ob peculiarem, quâ donatur, texturam, ſpiritui animali producendo necnon diſpenſando aptum natum eſt : unde fit, ut illud animæ primaria ſedes, nec ſine ratione habeatur, cùm animalis cujuſvis facultatis actio, à ſpiritu animali, quem videlicet producit, ac diſpenſat, tanquam à præcipuo in machina animali elatere immediatè pendeat.

Cùm motus & conceptus omnes, qui remotè à recta cerebri ſtructura pendent, immediatè à ſpiritu animali producantur : uti modò indicavimus, naturali ipſius cerebri compage accuratè perſpectâ, & generalibus illius muniis deſignatis, operæ pretium eſt, ut indagatâ ſpiritûs animalis naturâ, ejus neceſſitate probatâ, & quibuſdam deſcriptis partibus, quæ aſcendentis ad caput ſanguinis aquoſos ſuccos excipiunt, exquiramus, quanam è materia, in qua cerebri parte, & quomodo eliciatur, ipſiúſque jam eliciti diſpenſationis, ſi fieri poſſit, rationes omnes detegamus : quò deinceps iterùm atque iterùm ipſas animo volvamus : ut demum peculiares illius uſus internoſcere poſſimus, & præſertim ut dicere, aut ſaltem ſuſpicari nobis liceat, quâ in parte cerebri, & quomodo per ipſum internæ actiones animales edantur.

CAPUT XV.

De natura & neceſſitate Spiritûs animalis, in quo præterea de Succo nervoſo diſſeritur.

CUm ſpiritus animalis ſucco nervoſo admiſtus, ejúſque particulis veluti irretitus ubique reperiatur, utriuſque hiſtoriam uno eodémque capite comprehendemus. Ille eſt ſubſtantia inſenſilis, tenuiſſima, volatilis, æthereæque materiæ indolem quadantenùs referens, diverſis facultatum animalium actibus edendis naturaliter dicata. Spiritum autem animalem tenuiſſimam ac volatilem ſubſtantiam eſſe, ex hoc manifeſtè colligitur, quòd ipſe præterquam quod oculorum aciem ſubterfugit, inſenſiles nervorum poros ſubeat, facilè avolet, nullâque ſui veſtigia relinquat : ipſúmque præterea maximâ mobilitate, & activitate æthereæ materiæ, tum mobilitatis, tum activitatis, quodammodò æmulâ præditum eſſe cenſendum eſt ; ſiquidem is, licèt leni fluxu, per cerebrum, medullam

Quid ſpiritus animalis.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 135 sur 315

©BIU Santé

dullam ſpinalem, totúmque nervoſum genus naturaliter diffundi ſoleat, æquè citò ac lux moveri videtur, ubi ſcilicet voluntariis, imò & involuntariis quibuſdam motibus peragendis inſervit. Demum tenuiſſimam ac volatilem eandem ſubſtantiam actionibus animalibus edendis aptam comparatam eſſe nullus eſt ambigendi locus, cùm totali denegato illius influxu, omnis evaneſcat conceptus, motus omnis, & ſenſus omnis illicò pereant.

CAP. XV. *De natura & neceſſitate Spiritus animalis, in quo præterea de ſucco nervoſo diſſeritur.*

Succus nervoſus eſt humor aquoſus & defæcatiſſimus, in cinerea cerebri, & medullæ ſpinalis ſubſtantia, arterioſo è ſanguine elicitus, qui cerebrum ipſum, medullam ſpinalem, totúmque nervoſum genus alit, quâ ſcilicet ratione *Capite* VI. *lib.* I. necnon *Cap.* I. *lib.* III. paucis explicatur.

Generalis animalis ſpiritûs uſus declaratur.

Spiritûs animalis & ſucci nervoſi neceſſitas, per hoc ſatis ſupérque probari videtur, quòd totali illius influxu præpedito, conceptus omnis evaneſcat, motus omnis, & ſenſus omnis illicò pereant, ut ſuprà diximus: ſufficienti verò illius copiâ, cerebro, medullæ ſpinali, totíque ſyſtemati nervoſo denegatâ, hujuſmodi partes ſenſim emarceſcant: imò ceſſante geminæ iſtius ſubſtantiæ affluxu, vel naturali illius craſi immutatâ, ac depravatâ, non ſolùm nervoſæ, & membranoſæ, ſed etiam reliquæ corporis partes proprio nutricatu defraudantur, uti in paralyſi à cauſa evidente, ſine prævia ſanguinis dyſcraſia, excitatâ planè cernitur, cùm ipſi atrophia brevi ſuccedat. Id ipſum pariter ſtrumoſis, & ſcorbuticis in affectibus manifeſtè patet: quando ſcilicet ſanguinis labes ſuccum nervoſum ita corripuit, ut ægroti vertigine, ſcotomiâ, ciborum faſtidio, anxietatibus, doloribus vagis, ſpaſmis, & aliis hujuſmodi ſymptomatis affligantur: Etenim ipſorum caro, tunc temporis concidit, ac ſine prævio pulmonum vitio, quaſi phthiſi affecti emarceſcunt. Ex quibus colligere fas ſit, aquoſum necnon tenuiſſimum humorem, in cinereâ cerebri, necnon medullæ ſpinalis ſubſtantiâ, arterioſo è ſanguine elici, qui cerebrum ipſum, medullam ſpinalem, totúmque ſyſtema nervoſum nutriat, & reliquarum corporis partium nutritioni peragendæ conducat: atque adeò nutritia totius corporis materia è ſanguine ſingulas illius partes irrigante depromitur, & nutritiæ ejuſmodi materiæ in nutrimentum converſio, ac in partium alendarum ſubſtantiam aſſimilatio, ſi, cum Clariſſimo VVilliſio *Anatomes cerebri Cap.* XX. loquimur, ſucci nervoſi tanquam fermenti cujuſdam ſpirituoſi influentiâ,

Spiritus animalis, & ſucci nervoſi neceſſitas probatur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 136 sur 315

©BIU Santé

CAP. XV. *De natura & necessitate spiritus animalis, in quo præterea de succo nervoso disseritur.*

fluentiâ, ac ope peragitur. Nam licèt sanguis hoc imprægnatus sit spiritu animali, quem unà cum lympha in venas refundi inferiùs dicemus; hic primis partium corporis staminibus ad debitam usque molem protrahendis, & iis, postquam naturalem accretionis statum assecuta fuerunt, nutriendis, seu spatiolis, quæ propter effluvia perpetim decidua in ipsis relinquuntur, nutritiâ ex ipso dispensatâ substantiâ interjectâ continuò explendis impar existit; deficiente namque, aut depravato succo nervoso, nutritionem semper frustrari, aut perverti planè constat.

Quapropter supponere liceat, aquosum hunc laticem, quem solum, cerebri, medullæ spinalis, totiúsque systematis nervosi nutricatui sufficere putamus, nervis elapsum, ubique in reliquis partibus suffundi, ut nutritionis ipsarum operi perficiendo necessarium præstet subsidium; hic enim activis præditus elementis, ubi nutritio, crassiori ac hebeti, ab arteriis suggesto humori occurrit, eum spiritu animali, quo imprægnatur, activo veluti fermento saturat: cujus ope ipsum dissolvit, ac in minimas partes dividit: quæ ab invicem extricatæ (spiritu infuso quasi manu ducente) corporibus sibimet commensuratis apponuntur, & in substantias illorum convertuntur.

Ex supradictis succum nervosum, cerebrum, medullam spinalem, totúmque systema nervosum alere, eúmque utpote spiritu animali imprægnatum reliquarum partium nutritioni conducere intelligitur: adeò ut spiritus animalis, non tantùm facultatum animalium actibus edendis aptus comparatus sit, sed etiam nutritionis operis verus ac præcipuus opifex existat. Demum succus nervosus, insensilibus nervorum meatibus diffusione sua lævitatem conciliando, nimiam ipsorum astrictionem præcavet: adeóque impedit, ne spiritui animali commeatus denegetur. Præterea ob proprium substantiæ modum, seu levem ob lentorem suum, spiritus animalis motum veluti dirigit. Ac re quidem ipsâ, si insensilis, tenuissima, ac volatilis hæc substantia, quæ spiritûs animalis nomine concipitur, aquoso hujusmodi liquore veluti irretita non esset, velociori motu ferretur, facilè avolaret, & particularum, quibus constat, vix unquam aliæ aliis contiguæ essent: propterea quæ ipsa facultatum animalium actibus edendis apta minimè videretur; singulas enim illius particulas prædicti laticis ministerio, serie continuatâ dispositas esse verosimillimum

Peculiaria spiritus animalis, & succi nervosi munia enuntiantur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 137 sur 315

©BIU Santé

millimum eſt, ut hæc motui, ſenſuíque peragendis inſervire poſſit. Cap. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

CAPUT XVI.

Digreſſio de capitis aquoſis ductibus, & emiſſariis.

CUm provida voluerit Natura, ut ſpiritus animalis, quò defæcatiſſimus ac tenuiſſimus eſſet, puriſſimo è ſanguine eliceretur, hæc vel ad glanduloſa corpora, & aquoſos ductus: vel aquoſa ad emiſſaria, quibus capitis exteriora inſtruxit, aquoſiores, necnon craſſiores aſcendentis ad cerebrum ſanguinis partes amandat. Adjacentes autem capiti glandulas, & aquoſos ductus, ſeu vaſa ſalivalia tum ſuperiora, tum inferiora, & vaſa lymphatica, quæ ſecretos à ſanguine prædictis in glandulis aquoſos humores reſorbent, Clariſſimi viri, VVarthonus, Stenonius, Malpighius, & VVilliſius accuratiſſimè deſcripſerunt; propterea-que partium hujuſmodi hiſtoriam omittemus: ut in ipſis, & per ipſas, aquoſos quoſdam à ſanguine arterioſo ſuccos, ſecerni, hîc obiter tantùm dicamus. Iſti verò ſucci, quorum alij magis, alij verò minùs, craſſi ac lenti ſunt, utpote facilè concreſcibiles, ſi nimiâ eorum copiâ, qui cerebri cortici affunditur ſanguis impræ-gnatus eſſet, ſpiritus animalis productionem quodammodo impedirent, & eum, qui produceretur, impurum ac craſſum redderent, ejúſque activitatem infringerent; ſpiritus namque animalis, craſſiorum ejuſmodi ſuccorum particulis irretitus, iiſque totidem veluti compedibus devinctus, nec naturalibus viribus ſuis polleret, nec liberè moveretur.

Inter glanduloſa corpora, quibus exteriora capitis natura inſtruxit, membrana pituitaria recenſetur: quam utpote, à nemine hactenus rectè deſcriptam accuratè deſcribere conabimur. Hæc autem eſt fungoſa, ſpongioſa, & glanduloſa pars, quamplurimis diverſi generis inſtructa vaſis, quæ propriè ac primariò aſcendentis ad caput ſanguinis, aquoſis, lentíſque ſuccis excrementitiis excipiendis, ac excernendis apta comparata eſt. Hæc membrana dicitur pituitaria; quoniam aquoſæ, craſſæ, ac viſcidæ aſcendentis ad cerebrum ſanguinis partes, quæ pituitæ nomine donari ſolent, ad eam amandantur, & in ea à ſanguine ſe- Quid mẽbrana pituitaria.

 cernuntur

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 138 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVI. *Digressio de capitis aquosis ductibus, & emissariis.*

cernuntur, ac deinceps vel sternutatu, vel narium emunctione extruduntur. Hæc præterquam quòd pluribus in locis, superficiem habet exiguis pluribus foraminibus distinctam, uti inferiùs explicabitur, si acu pungatur, vel digitis comprimatur, mucum statim emittit, & si è propria sede exempta in aquam immittatur, spongiæ adinstar partibus illius imbuitur. Eam præterea glandulis quamplurimis, vasis quibus irrigatur, intertextis constare, oculari inspectione patet; propterea quæque ipsam fungosam, spongiosam, & glandulosam esse diximus. Nerveas plures accipit propagines hæcce membrana à nervis quintæ conjugationis, eámque innumeræ irrigant arteriæ suis comitatæ venis; arteriæ namque carotides, postquam paulò infra os occipitis, binos satis insignes, unum scilicet utrinque, ramos externos emiserunt, quos crassiores & sicciores quædam sanguinis caput versus tendentis partes subire solent, internis oris partibus, quamplurimas impertiunt propagines, quas venarum rami in venas jugulares internas desinentes comitantur.

Hîc unum notatu dignum occurrit, membranam scilicet pituitariam, multò pluribus arteriarum propaginibus, quàm reliquas oris partes irrigari: siquidem ea, ubi spatium posticæ ossis vomeris parti, & maximo ossis occipitis foramini interjectum occupat, & ubi tum os, quod *Vomer* dicitur, tum narium, tum meatuum duorum, qui à naribus ad fauces tendunt, interiora obducit, numerosissimis vasis sanguiferis intertexta apparet, quæ in plexulos hepatis uterini plexibus non absimiles abeunt; unde mirum non est, quòd hanc aquosis, lentísque succis quibusdam excipiendis, & excernendis aptam comparatam esse dixerimus; cùm hæc innumeris instructa sit arteriolis, quæ aquosas, crassas, & excrementitias ascendentis ad caput sanguinis partes intercipiunt: quæ pro varia ratione ætatis, temperamenti, corporis habitûs, vitæ generis, & cæli sub quo vivitur, vel magis, vel minùs copiosæ sunt, & vel pluribus, vel paucioribus heterogeneis, pravísque succis imprægnantur.

Nec tantùm vasa sanguifera, sed etiam breves quamplurimi ductus hac in membrana observantur, quos habitâ officij ratione, vasa mucifera nominamus: etenim per eos crassiores quædam humoris pituitosi partes excernuntur, quæ mucum referunt. Mucifera autem hæc vasa, quorum aliqua setam facilè

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 139 sur 315

©BIU Santé

cilè admittunt, in ea præſertim ejuſdem membranæ parte conſpiciuntur, quæ poſticæ oſſis vomeris, & utriuſque oſſis palati parti appenditur.

CAP. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

Nullus ſanè eſt dubitandi locus, quin hæc, de qua hîc agitur, membrana prædictis muniis præſtandis dicata ſit, cùm pituitoſos, craſſos, lentos, pravíſque interdum ſuccis imprægnatos humores, unà cum ſanguine per arterias caput verſus aſcendere nemo neſciat. Nullus enim eſt homo, licèt perfectè ſanus, qui ſæpiſſime vel ſcreatu, vel narium emunctione pituitoſum quemdam humorem excrementitium non extrudat, quem nec in calvaria naturaliter congeri, nec ex ipſa egredi, inferiùs clarè & evidenter demonſtrabitur; unde fit, ut ipſum in membranam pituitariam innumeris ab arteriis, quibus irrigatur, exonerari, in ea arterioſo à ſanguine, eo, quo infrà explicabitur, ritu ſecerni, ac deinceps vel ſponte, dum ſcilicet is tenuior aut copioſior eſt, in nares, aut fauces defluere, vel ſcreatu, aut narium emunctione extrudi aſſeramus. Huic opinioni non favere non potuimus, ex quo tempore in cadaverum humanorum ſectione noſtram frequentiſſimè operam poſuimus. Etenim dum aliàs medullæ ſpinalis ſtructuræ inveſtigandæ causâ, cadavera ita invertebamus, ut pectus terram, & dorſum cœlum reſpiceret, utplurimùm maximam copiam pituitoſi humoris, modò ſubalbi, modò ſubflavi, modò ſubviridis, modò tenuioris, modò craſſioris, tum per nares, tum per os defluere obſervabamus: Et tamen aperto capite, huic humori ſimilem nullum ſuccum intra calvariam reperiebamus, unde calvariæ baſeos, & maxillæ ſuperioris oſſa ſecandi, eorúmque interiora accuratè luſtrandi, nata eſt nobis occaſio, ut videremus, num in ſinibus intra ſubſtantiam ipſorum excavatis, veram per nares, & per os defluentis pituitoſi humoris ſcaturiginem inveniremus: Quod pro votis ſucceſſit; nam quoties pituitoſus aliquis humor è cadaverum naribus, & ore effluxit, toties membrana pituitaria ſimili quodam ſucco imbuta fuit, cujus aliquam, modò majorem, modò minorem copiam duodecim in ſinibus, intra calvariæ baſeos, & maxillæ ſuperioris oſſa excavatis pariter reperimus, adeò ut poſtquam rem eamdem multoties obſervaverimus, nequaquam dubitemus, quin glanduloſa, quam hîc deſcribimus pars, ſanguinis ad cerebrum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 140 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVI. *Digressio de capitis aquosis ductibus & emissariis.*

ascendentis expurgationi quodammodo dicata sit, & quin ex ea, & è sinibus duodecim suprà recensitis, tanquam è veris fontibus, pituitosi ac mucosi humores emanent, quos à cerebro expulsos è calvaria egredi veteres Medicinæ Proceres crediderunt.

Membranæ pituitariæ sedes.

Eadem, de qua nunc agimus membrana, & de qua plura scripsit eruditissimus Schneiderus, ab utroque anteriori ossis occipitis processu, cui arctissimè adhæresci, oriri videtur, latéque extenditur; siquidem ea imprimis totum ferè spatium illud insternit, quod faucium nomine donari solet; nam superna illius pars internæ œsophagi tunicæ continua, quæ ob innumera vasa, quibus irrigatur, multùm rubicunda semper apparet, spatium ossi vomeri, & maximo ossis occipitis foramini interjectum occupat: infima verò pars, quæ magnam habet, tum crassitiem, tum latitudinem, posticæ utriusque ossis palati parti appenditur, columellam comprehendit, externa laryngis & pharyngis latera membranâ œsophagi tunicæ continuâ obducta attingit, ac deinceps ad capitis anteriora tendendo, varias ad partes exporrigitur, adeò ut illa palatum, totum os vomerem, ossa spongiosa in superna narium parte pendula, narium ipsarum, & patentium duorum meatuum, qui à naribus ad fauces tendunt, interiora obducat: imò hæcce membrana adeò latè expanditur, ut variis illius productionibus, sinuum duodecim intra calvariæ baseos, & maxillæ superioris ossa excavatorum parietes insternantur.

Peculiaria membranæ pituitariæ munia.

Vt peculiaria membranæ pituitariæ munia internosci possint, notandum est, quòd hæc, pro variis, quas occupat, partibus, variâ donatur texturâ, proindéque ipsa distinctos quoad substantiæ modum, pituitosos succos expurgat; siquidem ea pars illius, quæ basim, seu externam ossis sphœnoïdis superficiem os quod *Vomer* dicitur, narium & patentium duorum meatuum, quos à naribus ad fauces tendere diximus, interiora obducit, rubicunda, carneis quibusdam fibris instructa, spongiosa, vasorúmque plexulis ubivis intertexta apparet; præterea externa illius superficies, ubi hæc modò recensitas partes investit, & iis firmiter adhæresci, exiguis pluribus foraminibus distincta est, præsertim circa nasi radicem, ubi scilicet ossis ethmoïdis parti cribri adinstar perforatæ subjicitur, & circa anteriorem, necnon cartilagi

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 141 sur 315

©BIU Santé

cartilagineam ossis vomeris partem, nares ab invicem distinguentem, adeò ut verus illius usus esse videatur, ut aquosos & crassos quosdam succos, ad ipsam unà cum sanguine per arterias, quibus irrigatur, devectos, & in ipsa vi fermentationis, & ob peculiarem, quâ donatur texturam, ab ipso sanguine secretos excipiat, quò deinceps vel sternutu, vel narium emunctione extrudantur. Aquosi autem, & crassi isti succi, si diutinam spongiosâ, & glandulosâ hac in membranâ moram contrahant, muci formam induunt. Hæc membranæ pituitariæ pars, quæ totum obducit palatum, inferiùs, seu exteriùs, subalba, dura, & nonnihil callosa apparet, multísque ferè insensilibus foraminibus pervia est: superiùs verò seu interiùs, subalbâ, carneâ, & spongiosâ substantiâ constat, quæ infernæ, utriusque ossis palati, parti arctissimè adhæret, quæque innumeris irrigatur vasis sanguiferis, quæ patentibus à meatibus, qui à naribus ad fauces tendunt, ad infernam palati regionem descendendo, per exigua utriusque ossis palati foramina transeunt. Illius autem prædictæ membranæ partis usus est, ut sanguinis ad caput ascendentis aquosiores, & tenuiores quasdam partes excipiat, quæ palato lævitatem inducunt, & impediunt ne palatum ipsum, & superna linguæ pars nimiâ siccitate afficiantur. Quæ posticæ utriusque ossis palati parti appenditur membranæ pituitariæ pars, ea reliquis illius partibus crassior est, & ferè tota glandulosa existit: hæc quamplurimis utpotè glandulis intertexta, & muciferis instructa vasis deferendi ad cerebrum sanguinis aquosioribus & crassioribus succis excipiendis, ac excernendis apta comparata videtur, ipsámque non totam, sed ferè totam glandulosam esse diximus, propterea quòd externa illius latera, quæ pterygoïdeis adhærent processibus, carneis quibusdam fibris donantur, quas musculos columellam suspendentes esse nonnulli Anatomici crediderunt. Præterea hæc columellam complectitur, quæ è substantia glandulosa, & musculis duobus ab inferna ossis sphœnoidis parte ortis conflatur; hæc enim è prædictæ membranæ productione in semetipsam contracta, & modò recensitos musculos obducente constat.

CAP. XVI. *Digressio de capitis aquosis ductibus & emissariis.*

Quod ad eas pituitariæ ejusdem membranæ productiones, quæ duodecim inferiùs describendos sinus investiunt, eæ sanguiferis quamplurimis vasis irrigantur, & subalbæ, molles, necnon spon-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 142 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVI. *Digressio de capitis aquosis ductibus & emissariis.*

gioſæ ſunt, ſi eam cujuſlibet ipſarum partem excipias, quæ ſinuum prædictorum ſuperiora occupat, quæ videlicet merè membranoſa apparet, & piæ meningis tenuitatem æmulatur; iſtarum autem productionum uſus eſt, ut ſanguinis ad cerebrum aſcendentis aquoſam, tenuem, minúſque lentam partem excipiant, eámque in ſinum, quorum interiora obducunt, cavitates exonerent, ubi condenſari, & lentorem quemdam acquirere ſolet, adeò ut in mucum abeat, ſi aliquandiu in iis retineatur.

Poſtquam membranam pituitariam deſcripſimus, ejúſque munia explicuimus, ſequitur, ut aquoſa capitis emiſſaria, ſeu duodecim deſcribamus ſinus, quos abituri in ſpiritum animalem ſanguinis expurgationi quodammodo conducere dici poteſt, cùm ad ipſos velut ad diſtincta aquæ emiſſaria ſanguinis cerebrum versùs tendentis, aquoſi, lenti, craſsíque ſucci amandentur; iſti verò ſinus, quorum alios ſphœnoidæos, alios ethmoidæos, alios frontales, & alios maxillares nominamus, intra calvariæ baſeos, & maxillæ ſuperioris oſſa reconduntur.

Aquoſa capitis emiſſaria deſcribuntur.

Duo ſunt ſphœnoidæi ſinus, oſſe tenui intermedio ab invicem interſtincti, qui intra os, quod Sphœnoïdes dicitur, excavati ſunt, & ſellæ equinæ ſubjacent: in antica utriuſque eorum parte unum eſt foramen per quod congeſti in ipſis pituitoſi humores in binos delabuntur meatus, qui à naribus ad fauces tendunt, ac deinceps proprio pondere deorſum cadendo, pharyngis oſtium ſubeunt, & in ſtomachum deſcendunt, niſi antequam ad pharyngem pervenerint, vel narium emunctione, vel ſcreatu extrudantur.

Ethmoïdæos ſex numeramus ſinus, qui frontalibus & ſphœnoïdæis intermedij ſunt, & ab ipſis oſſeis ſepimentis diſtinguuntur; utroque enim in latere oſſis ethmoïdis, tres reperiuntur, qui tenuibus oſſibus tranſverſis, & nonnihil obliquis, ab invicem diſtincti ſunt; ſenos autem iſtos ſinus, in anteriores, medios, & poſteriores dividimus. In ſinibus ethmoïdæis anterioribus, qui ſinibus cæteris ethmoïdæis ampliores apparent, quatuor, duo ſcilicet in utroque ipſorum, foramina reperiuntur, quorum exteriora brevis occupat canalis à membrana pituitaria productus, cujus interventu ethmoïdæus uterque ſinus anterior cum maxillari utroque ſinu communicat, uti inferiùs dicetur. Quæ ſunt binis in ſinibus ethmoidæis anterioribus interiora

duo

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 143 sur 315

©BIU Santé

duo foramina, ea ſupernam narium partem reſpiciunt.

CAP. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

Binis in ſinibus ethmoïdæis mediis cæteriſque minoribus, duo, unum ſcilicet utrinque, foramina inveniuntur, quæ patentium duorum meatuum, qui à naribus ad fauces tendunt, partem anticam reſpiciunt.

Binis pariter in ſinibus ethmoïdæis poſterioribus duo ſunt foramina, quæ tendentium à naribus ad fauces meatuum regionem mediam ſpectant. In oſſe frontis, juxta naſi radicem, duo ſunt ſinus, quos frontales nominavimus, & quorum dexter ſiniſtro ſemper amplior eſt. In poſtica ſinuum iſtorum parte unum eſt foramen, quod narium cavitatem reſpicit.

Notandum eſt quod ſinuum frontalium cavitates modò una, modò duæ ingrediuntur arteriolæ, ab externis arteriarum carotidum ramis emiſſæ, per exigua foramina peculiaria infimæ oſſis frontis parti inciſa: iſtáſque arteriolas venulæ in venas jugulares externas deſinentes comitantur: Et hæc ſunt vaſa, quæ ſæpiſſimè manantem è naribus ſanguinem in contuſionibus capitis effundunt.

Maxillares duo ſunt ſinus, quos Natura intra maxima maxillæ ſuperioris oſſa excavavit, & oculorum orbitis ſubjecit: in ſuperna utriuſque ipſorum parte juxta naſi radicem, unum eſt foramen, quod brevis ductus à membrana pituitaria productus occupat; hic autem ductus anteriores uſque ad ſinus ethmoïdæos porrigitur, ex quo fit, ut ſinus duo maxillares, qui cæteris ſuprà deſcriptis multò ampliores ſunt, cum ſinibus ethmoidæis anterioribus communicent.

Notandum eſt quòd uterque canalis à membrana pituitaria productus, cujus interventu ſinus maxillares, & ethmoïdæi ſimul communicant, paulò ſupra marginem foraminis, quod in ſuperna ſinûs utriuſque maxillaris parte reperiri diximus, in narium interiora uno patet foramine, per quod congeſti prædictis in ſinibus maxillaribus ſucci pituitoſi tranſeunt, dum extruduntur.

Aquoſorũ capitis emiſſariorum uſus.

Verus & genuinus ſinuum, quos jamjam deſcripſimus, uſus eſt, ut pituitoſos inſtar aquæ emiſſariorum admittant ſuccos, qui à ſanguine ſecernuntur, in iis membranæ pituitariæ productionibus, quibus interiora ipſorum obducuntur; pituitoſi verò ſucci in ſinibus ſuprà recenſitis congeſti, vel ad narium cavitates, vel patentes ad meatus, qui à naribus ad fauces tendunt, amandantur: ſíque contingat, ut propter nimiam craſſitiem, vel nimium lentorem, vel

propter

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 144 sur 315

©BIU Santé

CAP. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

propter peculiare quoddam naſi, aut prædictorum ſinuum conformationis vitium, in iis diutiùs retineantur, per diutinam, quam inibi contrahunt, moram, ſalium, quibus imprægnantur, vi fermenteſcendo putreſcunt, & narium fœtorem producunt.

Ex ſuprà dictis colligi poteſt eos errare Medicos qui pituitoſos quoſdam excrementitios humores intra calvariam naturaliter congeri, & per nares, vel palatum expurgari exiſtimant: ex qua opinione oborta eſt caligo, quæ Medicinæ alumnorum mentibus, hac noſtrâ quoque ætate obverſatur. Calvaria ſanè ſuis non tantùm poris donata eſt, ſed etiam ipſam & futuris pluribus, quarum aliæ aliis laxiores apparent, & foraminibus, quorum alia aliis ampliora ſunt, inſtructam eſſe fatemur; quapropter tenuiſſimos quoſdam halitus, ſeu vaporoſa quædam effluvia è calvaria inſenſiles per poros, ac præſertim laxiores per futuras illius ſenſim emitti, inficias non imus; nec quemquam reperiri exiſtimamus, qui per has vias à pituitoſis craſsíſque humoribus cerebrum expurgari poſſe autumet. Supereſt itaque ut illud pituitoſis hujuſmodi humoribus, quos & in ipſo & circum ipſum aliquando præter naturam congeri poſſe non ambigimus, per inciſa calvariæ baſi foramina, ſubjectas in partes ſeſe exoneret. Hoc autem fieri non poſſe validiſſimis rationibus probabimus, & experientiis quibuſdam demonſtrabimus; omnia námque calvariæ baſeos foramina, ſi unum cæteris majus excipias, per quod medulla ſpinalis vertebrarum ſpecum ſubitura tranſit, totaliter occluduntur, uti oculari inſpectione patet; ſiquidem margines eorum obducit, iíſque firmiter adhæret craſſa meninx, & per hæc tranſeunt vel vaſa, quibus calvariam ſubeuntibus, aut ex ipſa emergentibus, craſſa eadem meninx ſtrictè adhæreſcit, vel nervi ſuis comitati vaſis, quos duram, piámque matrem arctè complecti nemo neſcit: adeò ut ſi quando intra ipſam pituitoſus aliquis congeratur humor, nihil illius per hæc foras erumpere poſſit.

Præterea ſi pituitoſus quidam humor in cerebro à reliquis humoribus ſecernitur, ut foras amandetur: vel ſecernitur à ſanguine quem devehunt arteriæ, quæ in glandulam pituitariam, glandulam pinealem, & in glandulas plexibus choroïdæis intertextas inſeruntur: vel ab eo, qui fluit intra cavitates arteriarum, quæ in cinerea cerebri ſubſtantia terminantur. At dum pituitoſus aliquis humor ab arterioſo ſanguine ſecretus à glandula pituitaria excipitur,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 145 sur 315

©BIU Santé

excipitur, hic in bina receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita illabitur, uti ſuperiùs explicatum fuit. Aquoſus verò humor, qui, vel à glandula pineali, vel à glandulis choroïdæis anteriorum cerebri ventriculorum plexibus intertextis excipitur, partim per rariſſimas haſce glandulas obducentes membranas transfluit, & ani, vulvæque interventu in cavitatem tertij ventriculi delabitur, è qua, per infundibulum, ad glandulam pituitariam amandatur, & partim per lymphatica, aut potiùs per venoſa vaſa ex hujuſmodi glandulis emergentia, quartum in ſinum refunditur, uti fuſiùs capite ſequenti explicabitur.

CAP. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

Notandum eſt, quòd ſi aquoſus in glandula pineali & glandulis plexibus choroïdæis interſertis collectus humor, copioſior, & craſſior exiſtat, adeò ut præ nimia copia, vel membranarum, quibus prædictæ glandulæ obducuntur, poros ſupra modum dilatet, vel eas diſrumpat, is in cerebri ventriculis colligitur, ibíque ſtagnat, cùm tenuiorem tantùm ejus partem infundibulum excipiat, eámque paulatim ad glandulam pituitariam tranſmittat, niſi contingat, ut ille, vel nimiùm dilatatis aut diſruptis infundibuli lateribus, ſpatium piæ craſſæque meningi interjectum ſubeat: vel præter modum dilatatâ, aut diſruptâ eâ piæ meningis parte, quæ medullæ ſpinalis principium comprehendendo, laxioris adinſtar valvulæ, quarti ventriculi finem cooperit, in vertebrarum ſpecum defluat; nullæ namque aliæ ſunt viæ, per quas aquoſo humore intra calvariam præter naturam collecto, cerebrum ſeſe exonerare poſſit, ac re quidem ipsâ, non paucorum hominum capita aperuimus, in quibus magnam aquoſi humoris copiam, modò intra cerebri ventriculos tantùm contentam, modò partim intra eoſdem cerebri ventriculos, & partim ſubtus duram matrem concluſam reperimus, & tamen dum in vivis agerent homines illi, nec per nares, nec per palatum aquoſo huic humori, qui intra calvariam reperiebatur, ſimile quicquam emittebant.

Quòd ſi pituitoſus aliquis humor excrementitius à ſanguine ſecerneretur in glandulis, quibus cinerea ſubſtantia cerebri coagmentatur, extractum in ea ſuccum nutritium vitiaret, & ſpiritûs animalis productioni vehementer obſtaret. Præterea vel humor ille ad ventriculos cerebri amandaretur: vel inter externam illius ſuperficiem, & piam meningem colligeretur: vel ad ſpatium piæ craſſæque meningi interjectũ delaberetur: ſed nullũ horũ fieri poteſt; nam primò, ſi quidã excremẽtitius humor ad ventriculos cerebri deferretur, ob impe-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 146 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

ditum ſui effluxum, copiâ, & vitio, morâ diuturniori contracto inſignem cerebro noxam inferret, nec eò pervenire poſſet, quin ſucci nutritij, & ſpiritûs animalis, qui è cortice illius manant, commeatum, vel ex toto, vel ex parte intercluderet, proindéque modò apoplexiam, modò quemdam alium affectum ſoporoſum produceret. Secundò, ſi quando ille humor excrementitius inter externam cerebri ſuperficiem & piam meningem congereretur, tunc illa ſaltem contingeret hydrocephali ſpecies, quæ fit abſque ulla partium capiti ſubjectarum paralyſi. Tertiò, ſi humor excrementitius inter piam craſsámque meningem colligeretur, tunc quoque hydrocephalus contingeret, vel abſque partium capiti ſubjectarum paralyſi, videlicet ſi humor ille cerebro tantùm circumfunderetur, vel cum ipſarum paralyſi, ſi cerebellum ipſum obſideret.

Diximus hydrocephalum abſque partium capiti ſubjectarum paralyſi contingere, ſi humor excrementitius inter externam cerebri ſuperficiem, & piam meningem congeratur; quoniam aquæ inter cerebrum & piam matrem collectæ, in nervorum ſpinalium principia depluere nequeunt, niſi tenuis hæc membrana vel ipſarum acrimoniâ rodatur, vel nimiâ copiâ diſrumpatur, aut circa ſpinalis medullæ principium præter modum diſtendatur.

Si verò humor aliquis excrementitius inter piam, & craſſam meningem colligatur, vel cerebrum ſtrictè ſumptum, vel cerebellum occupat: ſi cerebrum ſolum occupet, adeſſe nequit partium capiti ſubjectarum paralyſis; ſiquidem aquæ ſubtus oſſa parietalia, in ſpatio cerebro ſtrictè ſumpto & craſſæ meningi interjecto collectæ, principia nervorum è medulla oblongata, aut è medulla ſpinali prodeuntium afficere nequeunt, propterea quòd ipſa cerebri moles, quæ craſsâ meninge intermediâ calvariæ baſi applicatur, eáque proximè comprehenditur, & ſecundus craſsæ meningis proceſſus, qui medullæ oblongatæ caudicem ſtricto utrinque ambitu ſuccingit, uti videre eſt in *Tabula* IV. impediunt ne pituitoſi ſucci inter piam, & duram matrem congeſti, ad prædicta uſque nervorum principia deſcendant, quod ſequenti comprobatur experientiâ. Reſciſsâ ac exemptâ poſticâ ſuperiorum dorſi vertebrarum parte, medullâ ſpinali vinculo ſtrictâ, & primo illius involucro ſupra vinculum inciſo, ſi utrumque os parietale per ſuperiora, ab anterioribus ad poſteriora ſecetur, ac ſubinde durâ matre juxta ſinûs longitudinalis latera utrinque perforatâ, totum ſpatium, quod

ipſi

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 147 sur 315

©BIU Santé

ipſi & cerebro ſtrictè ſumpto intermedium eſt, immiſſo per ſiphunculum liquore ſubtepido repleatur, immiſſus liquor, quo dura mater in tumorem aſſurgit, totus intra calvariam retinetur, nec unam quidem ipſius guttam, juxta medullam ſpinalem defluentem vidimus, quoties hoc experimentum tentavimus. CAP. XVI. *Digreſſio de capitis aquoſis ductibus & emiſſariis.*

Demum ſi pituitoſus humor, inter piam & craſſam meningem, quâ parte cerebellum amplexantur, colligatur, hæc hydrocephali ſpecies emergit, quam partium capiti ſubjectarum paralyſis ſemper comitatur: quoniam prædictus humor, qui proprio pondere deorſum tendit, in vertebrarum ſpecum illabitur; nam ex ea calvariæ regione, intra quam cerebellum reconditur, ad vertebrarum interiora facilis patet aditus, cùm medulla ſpinalis infimum & maximum calvariæ foramen oſſi occipitis inciſum totaliter non repleat, dum hæc ipſum ſubit; Etenim illam craſſæ meningi foraminis illius marginem obducenti, piæ meningis interventu circa anteriora tantùm adhæreſcere conſtat: ac propterea inter ſuperficiem internam duræ matris, & poſticam, ac laterales medullæ ſpinalis partes, ubi hæc vertebras ſubire incipit, amplum reperitur ſpatium, quod aquoſo cuivis humori ſubtus duram matrem cerebellum obtegentem concluſo, proprióque pondere deorſum tendenti pervium eſt, quod per eam manifeſtè patet experientiam, quâ eo, quo ſuprà dictum fuit, ritu, medullâ ſpinali circumligatâ, & primo ipſius involucro ſupra vinculum aperto, inter cerebellum, & eam duræ matris partem, quæ ipſum obtegit, ſiphunculo quidam immittitur liquor; is enim ſtatim atque immiſſus fuit, juxta medullam ſpinalem defluit, & per apertam primi illius involucri partem erumpit, adeò ut ſi pituitoſus quidam ſuccus à ſanguine ſecretus inter duram matrem & cerebellum colligatur, per hanc maximè viam expurgetur, quod cùm innoxiè numquam fieri poſſit, nullum pituitoſum humorem excrementitium à ſanguine arterioſo in cerebri cortice ſecerni, non abs re concludendum eſſe putamus.

Iis, quæ ſuperiùs diximus confirmandis non parum ſequentia conducunt experimenta. Si ſpiritus vini defæcatiſſimus anterioribus calvariæ foveis craſsâ meninge obductis affundatur, ibíque diutiùs retineatur, ne minima illius gutta per nares delabitur, imò eâ detractâ duræ matris parte, quæ internam oſſis ethmoïdis ſuperficiem obtegit, ſpiritus vini per ipſum minimè transfluit, quoniam fluxum illius impediunt nervorum primæ conjugationis fibrillæ, quæ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 148 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVII. *De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroïdũ.*

ſcilicet inciſa prædicto oſſi ethmoïdi foramina, per quæ tranſeunt, exactè occludunt. Præterea ſi in cane vivente, arteriis carotidibus, & venis jugularibus, circa cervicem utrinque ligatis, ſpiritus vini croceo colore infectus in alterutram carotidem immittatur, donec is omnibus cerebri vaſis totaliter repletis, extra vaſa effundatur, & calvariæ interiora penitùs repleat, licèt partium capitis pori, dum hoc tentatur experimentum, naturales retineant dilatationis ſuæ fines, nihil injecti ſpiritûs vini, vel per nares, vel per palatum è calvaria erumpit. Quæ cùm ita ſint, eos toto cœlo errare aſſerimus, qui catarrhorum materiam è cerebro derivari volunt; illam enim glandulosis à partibus capiti adjacentibus ſuppeditari certum, ac indubitatum eſt.

CAPUT XVII.

De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroidum.

AQuoſorum ductuum, & emiſſariorum capitis exteriora occupantium muniis explicatis, ſupereſt ut glandulæ pinealis, & plexuum choroïdæorum munia explicemus; glandulam autem pinealem, aquoſo ſeu lymphatico humori excipiendo dicatam eſſe dicimus: quandoquidem hæc mollis eſt, laxíſque poris donatur, & arteriis irrigatur, quæ lymphaticum in ipſam ſuccum exonerant, qui deinceps per laxos membranæ eam obducentis poros transfluit, & ani, tertij ventriculi, necnon infundibuli interjectu ad glandulam pituitariam amandatur, ſi craſſiorem illius partem excipias, quæ cùm exſudare nequeat, lymphaticis, aut potiùs venoſis quibuſdam à vaſis in quartum ſinum deſinentibus reſorbetur.

Glandulæ pinealis munia.

Plexus choroïdes, qui nervorum opticorum thalamis incumbunt, mitiſſimo calore ſanguinis, qui per vaſa quibus conſtant, devehitur, cerebri frigidâ & humidâ temperie donati ventriculos fovent, & internæ eorum ſubſtantiæ poros intra debitos dilatationis fines continent, ut ipſos ſpiritus animalis liberè permeare poſſit.

Plexuum choroïdũ munia.

Intertextas plexibus choroïdæis glandulas, limpidum humorem aquoſum, ſeu lympham exiguis ab arteriolis, quibus interſeruntur, depoſitam ſenſim excipere, arterioſo à ſanguine naturaliter

©BIU Santé

liter ſecernere, ac intra laxos, quibus donantur, poros recondere, ex hoc planè colligitur, quòd illæ humiditatibus quibuſdam ferè ſemper repletæ ſint, unde fit, ut in anterioribus cerebri ventriculis, ſpiritûs animalis nervorum opticorum principia ſubituri nimiæ velocitati, per aquoſas ejuſmodi humiditates, modum adhibeant, nimiámque illius diſſipationem impediant, proindéque viſioni quodammodo conducant. Verùm ubi illæ præternaturam intumeſcunt, prout ſcilicet congeſtæ in ipſis aquæ, modò magis, modò minùs vel craſſæ, vel frigidæ ſunt, vel earum copia aut major, aut minor eſt, modò majorem, modò minorem visûs imbecillitatem producunt, quæ iis maximè familiaris eſt hominibus, qui, vel humidiori temperamento donantur, vel provectam ad ætatem pervenerunt, in quibus plexus choroïdes, non è vaſis ſanguiferis, ſed potiùs è vaſis lymphaticis conflati videntur, quòd ea, quibus conſtant, vaſa, & ipſis interſertæ glandulæ, nihil ferè ſanguinis, ſed merè aquoſum humorem tantùm contineant, uti ſæpius obſervavimus. Imò ſi exſudantes è glandulis plexuum choroïdum aquoſi ſucci nervorum opticorum thalamos, ſeu ſtriata corpora ſuperna poſteriora penetrent, & medullares, quibus conſtant, tractus obſtruant, ſubjectarum capiti partium, manuum ſcilicet, pedúmque paralyſim, ipsâ licèt illæsâ medullâ ſpinali producunt, propterea quòd major ſpiritûs animalis copia, vi cujus ejuſmodi partes moventur, è ſuperna ovalis centri regione, & ex utroque ſemicirculari centro manans, prædictorum ſtriatorum corporum ſupernorum tractus medullares permeet, ut ad poſtica nervorum ſpinalium principia deſcendat, uti *Cap* XVIII. explicabitur: adeò utſi aditus ipſi intercludatur, manuum pedúmque motum, intermitti oporteat, cùm ſpiritus animalis, quem aliunde excipiunt, ipſis movendis impar exiſtat. Ex quibus planè intelligitur, modò univerſalem, modò particularem paralyſim contingere, ſeu modò in utroque, modò in alterutro corporis latere ſubjectas capiti partes paralyſi affici, prout ſcilicet, modò utriuſque, modò alterutrius thalami nervorum opticorum tractus medullares obſtruuntur.

CAP. XVII. *De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroïdũ.*

Aquoſi humoris qui à glandulis plexuum choroïdum nervorum opticorum thalamis incumbentium excipitur, pars tenuior, ubi per rariſſimam, quâ obducuntur, membranam transfluxit, anteriores cerebri ventriculos diffuſione ſuâ irrigat, eorum ſubſtan-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 150 sur 315

©BIU Santé

Cap. XVII. *De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroidū.*

tiæ exsiccationem præcavet, spiritúsque animalis dissipationem impedit, ac demum ani, vulvæ, tertij ventriculi, & infundibuli interventu ad glandulam pituitariam sensim transmittitur: Crassior verò pars, quæ per poros prædictarum glandularum exsudare nequit, lymphatica vel potiùs venosa vasa, quarti sinus cavitati inhiantia subit.

Hîc unum notandum venit, aquosos scilicet succos, qui è glandula pineali, & glandulis suprà recensitis plexibus choroïdæis interserti emittuntur, per ductum natibus, & testibus subjectum, ad cavitatem calami scriptorij descendere non posse, quòd valvula cerebri major aditum ipsis ex toto intercludat, uti eo comprobatur experimento, quo, exemptâ convexâ cerebri parte, & apertis anterioribus illius ventriculis, tertius ventriculus, & natibus testibúsque subjectus canalis aquâ replentur, ac postea eadem aqua spongiæ minoris ope extrahitur; quibus peractis, si cerebellum per mediam sui regionem ab anterioribus ad posteriora secetur, & utrinque ad latera reclinetur, calami scriptorij cavitas detegitur, in qua ne minima quidem aquæ guttula reperitur, ex quo fit, ut aquosis succis, quos subjectus ponti Varolij ductus admittit, ad quartum ventriculum aditum non patere asseramus: adeò ut ij tertium versus tendere cogantur, & angustam in cavitatem illius delabantur.

Quoad plexum choroïdem cerebello subditum attinet, hic blando calore sanguinis, qui perenni circulatione intra vasa, quibus constat, movetur, substratum sibi fovet quarti ventriculi finem, & substantiæ illius poros, intra debitos dilatationis fines retinet, ut spiritus animalis è cerebro ad nervorum spinalium principia facilè derivari possit: glandulæ verò vasis illius intertextæ per aquosas, quas continent humiditates, aut per tenuem earum partem, quam sensim emittunt, quarti ejusdem ventriculi exsiccationem præcavent, velociorem descendentis ad medullam spinalem spiritus animalis motum reprimunt, ejúsque dissipationem impediunt; verùm ubi illæ supra modum intumescunt, tum propter compressionem, tum propter nimiam refrigerationem, nimiámque humiditatem, quam medullæ oblongatæ spinalem in medullam abituræ inducunt, modò sensûs, motúsque imbecillitatem tantùm, modò paralysim producunt: quatenus scilicet, pro minore vel majore ipsarum compressione, vel minore aut majore

©BIU Santé

majore refrigeratione & humiditate, quam medullæ oblongatæ inferunt, deſcenſuro in ſubjectas capiti partes ſpiritui animali commeatum, modò ex parte tantùm, modò ex toto denegant. Imò hujuſmodi glandulæ modò in uno tantùm, modò in utroque corporis latere, vel ſolam ſenſûs, motúſque imbecillitatem, vel paralyſim excitant, prout mox in alterutra, mox in utraque laterali quarti ventriculi parte, propter eas quas excipiunt aquas, præternaturalem in molem augentur, ac proindè interdum in poſtica unius tantùm, & interdum in poſtica utriuſque lateris, ſpinalium nervorum principia, ſpiritûs animalis deſcenſum, aut ex parte ſolùm, aut ex toto inhibent. CAP. XVII. *De muniis glandulæ pinealis, & plexuum choroïdū.*

Quemadmodum aquoſi humores, quos in tertium ventriculum illabi ſuperiùs diximus, ad calamum ſcriptorium deſcendere nequeunt; ſic etiam exſudantes humiditates è glandulis plexûs choroïdis, qui in quarto ventriculo reperitur, tum propter declivem prædicti ventriculi ſitum, tum propter valvulam cerebri majorem, aditum intercludentem, ad tertium ventriculum aſcendere nequeunt: unde colligere fas ſit, è glandulis plexûs choroïdis, quem in quarto ventriculo reperiri jamjam diximus, aquoſarum, quas excipiunt, humiditatum tenuiſſimam tantùm partem, vaporoſi, mitíſque adinſtar halitûs, emitti: craſſiorem verò, quæ per tenuem ipſarum membranam exſudare nequit, lymphaticis, aut potiùs venoſis à vaſis in quartum ſinum deſinentibus reſorberi, ne ſcilicet illæ ſupra modum turgeſcant, ac proinde in ſubjectis capiti partibus, vel ſenſûs, motúſque imbecillitatem ſolùm, vel paralyſim producant.

Neque miretur aliquis, quòd aquoſas, ac craſſiores humiditates, quas arteriæ, vel in glandulam pinealem, vel in glandulas choroïdæis plexibus interſertas exonerant, venoſis potiùs quàm lymphaticis à vaſis in quartum ſinum revehi à nobis ſignificatum ſit, cùm lymphatica vaſa in cerebro, ſi qua ſint, ſenſibus obviàm non fiant, & cùm effuſos ab arteriis aquoſos ſuccos à venis reſorberi poſſe certum exploratúmque ſit, propterea què à ratione alienum non videbitur, quòd hîc aquoſi humoris, qui in glandulam pituitariam exoneratur, craſſiorem forſan partem, per venas ex ipſa emergentes ad ſinus laterales tranſmitti dicamus.

Ex ſuprà dictis ſatis intelligitur, ſanguinis ad cerebrum aſcendentis,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 152 sur 315

©BIU Santé

CAP. XVIII. *De materia ſpiritûs animalis, de loco & vera productionis illius ratione.*

dentis, & in ſpiritum animalem abituri ſuccum lymphaticum craſſiorem. Ad glandulam pinealem, glandulas plexibus choroidæis interſertas, & glandulam pituitariam amandari, ut purior conficiatur ſpiritus animalis, ejúſque motus expeditior ſit.

CAPUT XVIII.

De materia ſpiritûs animalis, de loco, & vera productionis illius ratione.

POſtquam varias fusè explicuimus rationes, quibus aſcendentis ad cerebrum ſanguinis aquoſiores, & craſſiores ſucci ab ipſo ſecernuntur, inſtituti noſtri ratio poſtulat ut explicemus, quibuſnam è partibus illius, in qua cerebri parte, & quomodò ſpiritus animalis conficiatur. Verùm ut iſta clarè intelligantur, notandum eſt, quòd ſanguis ſpiritûs animalis materiam ſuppeditaturus, cùm eo, quo ſuprà explicatum eſt ritu, defæcatus fuit, priuſquàm cerebri cortici affundatur, per anguſtiſſimas arteriarum propagines, quæ unà cum venis concomitantibus in plexus piæ meningi ſubtenſos abeunt, veluti per ſerpentinos alembici canales diducitur, & attenuatur: Vide *Tabulas* II. III. IV. & V. adeò ut ex ipſo craſſis primùm omnibus ab humoribus expurgato, ac ſubinde perfectiſſimè ſubacto, & attenuato, defæcatiſſimum ſuccum unum lymphaticum extrahi concipiamus, qui eò purior eſſe ſolet, quò defæcatior eſt ſanguis è quo extrahitur.

Spiritus animalis è ſanguine aquoſis craſſiſque à ſuccis expurgato extrahitur.

Puriſſimus iſte latex, quem modò ſuccum lymphaticum nominavimus, licèt valdè homogeneus primâ fronte concipiatur, partibus duabus conſtare nobis videtur, quarum altera humidior, & craſſior: altera verò ſiccior, & tenuior eſt: humidiorem & craſſiorem, utpote quæ mitiſſimi adinſtar roris per univerſam cerebri ſubſtantiam diffunditur, ſuccum cerebri nutritium nuncupamus, eámque liquoris, ſeu ſucci nervoſi nomine, cum Clariſſimo VVilliſio, quivis donare poterit, cùm hæc non cerebro tantùm, ſed etiam medullæ ſpinali, & nervis alendis impendatur: ſicciorem verò & tenuiorem lymphatici ejuſdem ſucci partem, ſpiritum animalem eſſe dicimus, quem doctiſſimus Mayovv, *Cap.* IV. *de ſpiritibus animalibus*, nitro-aëreis tantùm particulis conſtare vult, ſuámque opinionem validiſſimis rationibus, & luculentis experimentis confirmat, quæ ſpiritum nitro-aëreum vitæ animali

Nutritius cerebri ſuccus, & ſuccus nervoſus, idem ſonant.

Quid ſpiritûs animalis nomine ſit intelligendum.

©BIU Santé

animali ſuſtinendæ abſolutè neceſſarium eſſe, & ſpiritûs animalis diſpendiis reſarciendis apprimè convenire plane demonſtrant. Verùm cùm alimenta ſpirituoſis imbuta particulis, languidis partium animalium viribus reficiendis, & ſenſui, motuíque labaſcentibus inſtaurandis plurimùm conducere experientiâ conſtet, ſpiritum animalem non ſolùm è nitroſis aëris pulmonum miniſterio in ſanguinem introductis, & deinde cordis impulſu, ſanguiníſve commeatu ad cerebrum advectis, ſed etiam è volatilibus alimenti particulis, prævia ſtomachi coctione, ipſiúſque ſanguinis fermentatione præparatis confici pronuntiandum, ac concludendum eſſe videtur.

CAP. XVIII. *De materia ſpiritûs animalis, de loco & vera productionis illius ratione.*

Spiritus animalis nitroſis purioribus aëris & volatilibus ſanguinis arterioſi particulis invicem ſociatis conſtat.

Quod ad productionis ſpiritûs animalis locum ſpectat; hunc quemadmodum & ſuccum nervoſum, in cinerea tantùm cerebri ſubſtantia produci aſſerimus: Etenim in hac tantùm cerebri parte animalis producitur ſpiritus, quæ ſola huic à ſanguine ſecernendo apta comparata eſt, & cui omnis arterioſus ſanguis ſpiritûs ejuſdem animalis materia imprægnatus affunditur; cineream autem cerebri ſubſtantiam utpote glanduloſam tenuioribus ſanguinis ipſam irrigantis partibus, quæ ſcilicet in ſpiritum animalem abeunt, à craſſioribus ſecernendis ſolam aptam eſſe, jam nemo neſcit. Præterea *Cap.* VI. *de arteriis craſſam, piámque meningem, & cerebrum irrigantibus*, omnia ipſius cerebri vaſa in cinerea illius ſubſtantia terminari demonſtratum fuit: Ex quo fit, ut nullus ſit ambigendi locus, quin omnis ad cerebrum aſcendens ſanguis glanduloſæ ſolùm illius ſubſtantiæ affundatur, & quoniam glanduloſam hujuſmodi ſubſtantiam ubivis unius & ejuſdem naturæ eſſe conſtat, hinc manifeſtè ſequitur ſpiritum animalem non ſolùm in glanduloſa hac ſubſtantia produci, quæ cerebri exteriora, ſed etiam in ea, quæ interiora illius occupat: ſiquidem in illam innumeræ arteriarum propagines inſeruntur, & ex illa innumeri pariter venarum ramuli emergunt, & hæc, uti modò diximus, eſt unius ac ejuſdem naturæ, ac ea, quæ in exteriore nobilis hujus viſceris ambitu, piâ meninge obducta conſpicitur.

Spiritus animalis in cinerea cerebri ſubſtantia producitur.

Totum ſpiritûs animalis, ſuccíque nervoſi productionis opus, à ſanguinis arterioſi fermentatione, & peculiari cinereæ cerebri ſubſtantiæ ſtructura dependet; etenim cùm lympham minùs purâ, quæ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 154 sur 315

©BIU Santé

CAP. XVIII. *De materia ſpiritûs animalis, de loco & vera productionis illius ratione.* Spiritus animalis, vi fermentationis, & ſecretionis ope, è ſanguine arterioſo elicitur.

in glandulis partium capiti ſubjectarum arterioſo è ſanguine extrahitur, quæque vaſorum lymphaticorum miniſterio in venas refunditur, vi fermentationis, & ſecretionis ope elici vulgò creditur; quidni pariter lympham puriorem ſpiritu animali imprægnatam in glanduloſa cerebri parte, vi fermentationis ſanguinis, & ſecretionis ope, quæ in glandulis peragi ſolet, ex ipſo ſanguine extrahi credamus, quin ad ignotum aliquod fermentum recurramus, quod iſti operi perficiendo conferat.

CAPUT XIX.

De diſpenſatione ſpiritûs animalis, in quo diſtinctæ viæ quas intra cerebrum inire ſolet oſtenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur.

SPiritus animalis arterioſo è ſanguine elicitus & meningis utriuſque miniſterio intra calvariam coërcitus, ubi propter continuum appulſum materiæ, è qua producitur, è cinerea cerebri ſubſtantia emergere cogitur, albas medullæ illius fibrillas pervadit, quæ, ut *Cap.* X. indicavimus, glandulis, quibus prædicta cinerea ſubſtantia conſtat, minimorum adinſtar vaſorum ſibi invicem communicantium appenduntur, & velut ſpeciem corporis ſpongioſi efformant; adeóque cerebri medulla, generalem ac notiſſimum hunc uſum imprimis præſtat, ut ſpiritum animalem admittat, antequam nervorum principia ſubeat: verùm quoniam illius fibrillæ, nec unâ & eadem ſerie in cerebro ſtrictè ſumpto, cerebello, & medullâ oblongatâ diſpoſitæ ſunt, nec iiſdem circumſcribuntur terminis, quas init vias ſpiritus animalis ipſum intra cerebrum lato modo ſumptum, eas ab invicem diſtinctas eſſe, ejúſque in partes corporis influxus rationes diſtinctas pariter eſſe oportet, uti planè ex dicendis jamjam patebit.

Spiritum omnem animalem in cortice cerebri ſtrictè ſumpti productum, partim ad ovale centrum, & partim ad tractus medullares tranſverſos & nonnihil obliquos deferri neceſſum eſt; cùm medullares omnes, quas ſubit, fibrillæ partim in prædictum ovale centrum, & partim in prædictos tractus medullares tranſverſos & nonnihil obliquos deſinant. Vide *Tabulas* VI. & XIV.

Cæterùm ſpiritus animalis qui ad ovale centrum affluit, & per ipſum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 155 sur 315

©BIU Santé

ipſum amplum quaſi per campum diffunditur, in quo pluribus, diſtinctis, necnon inexplicabilibus modis movetur, tum ſupernam, tum mediam, tum infimam illius regionem occupat, & illius, qui ſupernam adit regionem, pars maxima tractus medullares ſubit, quibus ſtriata corpora ſuperna anteriora conſtant: altera verò tractus illos penetrat, qui è tota poſtica ſuprà memorati ovalis centri parte deducti in poſticam crurum medullæ oblongatæ partem inſeruntur. Vide *Tabulas* VI. & X. Spiritus autem animalis tractus medullares ſubiens, quibus ſtriata corpora ſuperna anteriora conſtant, inſenſiles eorum meatus permeando, ad geminum ſemicirculare centrum defertur, & exinde ſpiritus continuò ſuccedentis impulſu protruſus, tenuiſſimos tractus medullares pervadit, qui in ſtriatis corporibus ſupernis poſterioribus obſervantur, ac demum per eos, poſtica nervorum ſpinalium principia ſubiturus, ad poſticam ſpinalis medullæ regionem deſcendit. Vide *Tabulam* X. Spiritus verò animalis, qui tractus medullares è tota poſtica ovalis centri parte deductos ingreditur, ipſorum interventu medullæ oblongatæ crura permeat, ac deinceps ad poſtica nervorum ſpinalium principia devehitur, vide *Tabulam* X. ſi quamdam illius partem excipias, quæ nervos opticos ſubit. Vide *Tabulam* IX.

CAP. XIX. *De diſpenſatione ſpiritûs animalis, in quo diſtinctæ viæ quas intra cerebrum inire ſolet oſtendunt, & variæ motûs illius rationes explicantur.*

Spiritus animalis, qui mediam ovalis centri regionem percurrit, & ex ea ſpiritûs continuò ſuccedentis impulſu detruditur, per eductos ex ipſa tractus medullares in anticam ſpinalis medullæ partem deſinentes, ad antica nervorum ſpinalium principia devehitur. Vide *Tabulam* XVI. & in tranſgreſſu prodeuntibus è medulla oblongata nervis quibuſdam *Lib.* 3°. deſcribendis, neceſſarium vectigal ſuppeditat. Vide *Tabulas* XIV. & XV. Quin etiam & ipſis nervis opticis aliquatenus proſpicit.

Quod ad ſpiritum animalem, qui infimam prædicti ovalis centri regionem occupat, hic per eductos ex ipſa medullares tractus, qui ſcilicet glanduloſæ ſtriatorum corporum infernorum interiorum ſubſtantiæ interſeruntur, albos in tractus exoneratur, qui in ſtriatis corporibus mediis conſpiciuntur, & per ipſos quædam illius pars, ad nervos quoſdam è medulla oblongata prodeuntes, altera verò ad antica nervorum ſpinalium principia defertur. Vide *Tabulam* XV.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 156 sur 315

©BIU Santé

CAP. XIX. *De dispensatione spiritûs animalis, in quo distinctæ viæ quas intra cerebrum inire solet ostenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur.*

Demum spiritus animalis, qui è glanduloſa loborum baſeos cerebri ſubſtantia manat, & ad tractus medullares tranſverſos, & nonnihil obliquos, per deſinentes in ipſos fibrillas medullares devehitur, albos pariter in tractus exoneratur, quos in ſtriatis corporibus mediis conſpici modò diximus, eorúmque interventu, partim ad nervos quoſdam è medulla oblongata prodeuntes, & partim ad antica nervorum ſpinalium principia amandatur. Vide *Tabulam* XIV.

Notandum hîc occurrit, quòd manantis è glanduloſa baſeos cerebri ſubſtantia ſpiritûs animalis pars aliqua olfactorios ſubit nervos, qui à tractibus albis, è media ovalis centri regione deductis, quibuſcum communicant, quemdam inſuper ſpiritum animalem mutuantur. Vide *Tabulas* IV. V. & XIV.

Productus in glanduloſa medullæ oblongatæ ſubſtantia ſpiritus animalis tractus medullares ſubit, quibus ſtriata corpora ſuperna, media, & inferna interiora conſtant, ac per eos veluti per canaliculos inſenſilibus meatibus donatos, unà cum ſpiritu animali, è tribus prædictis ovalis centri regionibus, inexhauſtis velut è fontibus manante, eo quo, jamjam explicuimus ritu, partim ad nervos, qui è cerebro prodire dicuntur, partímve ad medullam ſpinalem & prodeuntes ex ipſa nervos defertur. Vide *Tabulas* IX. X. XV. & XVI.

Qui producitur in glanduloſa cerebelli ſubſtantia ſpiritus animalis, cùm ob continuum materiæ è qua producitur, appulſum, medullam illius ſubire cogitur, per anticam, mediam, & poſticam illius partem diffunditur; ſpiritus autem animalis per anticam cerebelli partem diffuſus, per proceſſus à cerebello ad teſtes, partim ad nervos patheticos, & partim tractus albi tranſverſi anticam valvulæ majoris cerebri partem occupantis, necnon frænuli interjectu ad teſtes devehitur, ac demum, è teſtibus ipſis opticos verſus nervos, necnon verſus poſticam ovalis centri partem derivatur. Vide *Tabulas* X. XII. & XIII. Illius verò ſpiritûs animalis qui mediam cerebelli regionem permeat, pars aliqua nervos quintæ conjugationis ſubit. Vide *Tabulas* IV. V. XIV. & XV. Altera verò per tractus medullares, tum exteriores, tum interiores, è quibus proceſſus annularis conflatur, ad medullam oblongatam defertur, & deinceps tractuum medullarium è media ovalis centri regione deductorum interjectu,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 157 sur 315

©BIU Santé

ctu, partim ſextæ, ſeptimæ, octavæ, nonæ, & decimæ, conjugationis nervos ingreditur, partímve ad antica nervorum ſpinalium principia devehitur. Vide *Tabulas* XIV. & XVI.

CAP. XIX. *De diſpenſatione ſpiritûs animalis, in quo diſtinctæ viæ quas intrà cerebrum inire ſolet oſtenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur.*

Poſtremò ſpiritus animalis, qui poſticam cerebri partem occupat, per proceſſum à cerebello ad medullam ſpinalem, ad poſtica nervorum ſpinalium principia deſcendit. Vide *Tabulas* XII. & XIII.

Ad diverſas, quod attinet, ſpiritûs animalis motûs rationes, nobis videtur, quòd licèt ille è ſuperna, quemadmodùm & è media, ac infima ovalis centri regione, ſine prævio voluntatis imperio indeſinenter emanet, nervorúmque ſpinalium poſtica principia ſubeat, quædam tamen illius pars in ſuperna prædicti ovalis centri regione, utpote reliquis ampliore, veluti ſtagnat, & tanquam in promptuario ad aliquod tempus aſſervatur; is enim copioſiùs inibi congeritur, ut per eductos ex ipſa medullares tractus, quippe qui anguſtiſſimis meatibus donantur, totus ſimul tranſire poſſit. Vide *Tabulas* VI. IX. X. & XI. Nec tantùm in ſuperna ovalis centri regione, ſed etiam in utroque ſemicirculari centro, quaſi in gemino minori promptuario ſpiritûs animalis poſtica nervorum ſpinalium principia ſubituri pars aliqua lentè movetur, ac veluti ſtagnat, quoniam ij, quos ſubire debet, tractus albi, quibus nempe corpora ſtriata ſuperna poſteriora conſtant, utpote minimi, huic omni, eodémque tempore excipiendo, vix ſufficiunt. Verumenimverò ſpiritus animalis, qui mediam ovalis centri regionem percurrit vix aliquam in ipſa moram contrahit; ille námque facili, necnon expedito fluxu partim ad nervos quoſdam è medulla oblongata prodeuntes, & partim ad antica nervorum ſpinalium principia deſcendit, quoniam ij, quos pervadere debet tractus medullares, qui ſcilicet intra corpora ſtriata media obſervantur, tractuum omnium medullarium, qui medullæ oblongatæ inſunt, craſſiſſimi exiſtunt, nec intra cerebrum terminantur, quin potiùs in anticam ſpinalis medullæ partem deſinunt, uti ſuprà diximus. Vide *Tabulam* XVI. Affluens ſimiliter ad infimam ovalis centri regionem ſpiritus animalis in ea minimè ſtagnare videtur; ſiquidem hæc latè parum extenditur, & educti ex ipſa medullares tractus numeroſiſſimi ſunt, ex quo fit, ut qui eam adit ſpiritus, totus uno eodémque tempore, ab ipſis admitti poſſit, & per eos utpote minimos,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 158 sur 315

©BIU Santé

Cap. XIX. *De dispensatione spiritûs animalis, in quo distincta viæ quas intra cerebrum inire solet ostenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur.*

celeri fluxu, albos ad tractus; quibus striata corpora media constant, devehatur. Vide *Tabulam* XV.

Quod attinet ad spiritum animalem, qui, cùm è glanduloſa loborum baseos cerebri substantia manavit, tractus medullares transversos, & nonnihil obliquos subit, is in illis leniter moveri, & quasi stagnare cogitur, quoniam inibi satis copiosè congeritur, & educti ex ipsis tractus albi, non solùm pauci, sed etiam exigui adeò sunt, ut paulatim tantùm eum admittant, adeò ut prædicti tractus medullares transversi, & nonnihil obliqui, sint velut parva duo spiritûs animalis promptuaria, quæ infimam cerebri partem occupant. Vide *Tabulam* XIV.

Emergens è cinerea medullæ oblongatæ substantia spiritus animalis, & is qui ex ovali centro derivatur, intra medullares tractus, quibus striata corpora superna, media, & inferiora interiora constant, sibi invicem occurrunt, & uno eodémque tenore defluunt. Vide *Tabulas* IX. X. XIV. XV. & XVI.

Cæterùm, productus in cortice cerebelli spiritus animalis intra medullam ejus, cujus nempe moles satis insignis apparet, uti videre est *in Tabula* XIII. verosimiliter movetur placidè, sed vix in ipsa stagnat, siquidem huic cùm primùm è loco productionis suæ manavit, admittendo sufficere videntur tractus medullares, quos permeare solet. Vide *Tabulas* XII. XIII. XIV. & XVI.

Lento sanè fluxu movetur spiritus animalis in ovali centro, in gemino semicirculari centro, in tractibus medullaribus transversis & nonnihil obliquis, & ipsâ in medullâ cerebelli; verùm is, suprà memoratos subeundo tractus medullares, qui scilicet, vel è medulla cerebri, vel è medulla cerebelli educuntur, ut ad nervorum principia devehatur, velocitatem acquirit, quòd dum è fontibus suis distinctas versùs corporis partes, per nervos derivatur, è locis amplioribus in loca angustiora transeat; singulas enim, è quibus nervi conflantur, fibrillas, quò longiùs ab originibus suis exporriguntur eò minores, ac proinde angustiores fieri constat: adde quod emergens è glanduloſa medullæ oblongatæ substantiâ spiritus animalis, derivato, tum è cerebro, tum è cerebello, spiritui obviam fit, & in mutuo ejusmodi occursu alter alterius velocitatem auget, quemadmodùm rivulorum duorum simul concurrentium alter alteri pernicitatem addit, & ambo in

uno

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 159 sur 315

©BIU Santé

uno eodémque alveo confluendo, in rivum unum utroque rivulo seorsim sumpto velociorem abeunt, uti omnibus notum est, qui veras artium machinalium leges callent; ipsos enim non latet liquidi cujusvis corporis, eâdem servatâ motûs quantitate, velocitatem augeri, quoties illud vel è loco ampliore in locum angustiorem transit, vel quoties liquido alteri corpori occurrit, & admiscetur, quod aut majorem, quàm ipsum, aut æqualem motûs quantitatem habet. Ex suprà dictis spiritum animalem eò majorem velocitatem acquirere intelligitur, quò longiùs à locis fertur, in quibus producitur.

Cap. XIX. *De dispensatione spiritûs animalis, in quo distinctæ viæ quas intra cerebrum inire solet ostenduntur, & variæ motûs illius rationes explicantur.*

CAPUT XX.

De differentiis motuum qui spiritûs animalis ope peraguntur. In quo distincti ipsius fontes explicantur.

POsteaquam semitas patefecimus, quas spiritus animalis intra cerebrum inire solet, variásque motûs illius rationes explicuimus, operæpetium est, ut breviter de distinctis corporis motibus agamus, qui ipsius vi perficiuntur. Eorum autem alij voluntarij, alij involuntarij, & alij mixti, seu partim voluntarij, & partim involuntarij dicuntur.

Voluntarij motus ij sunt, qui præeunte quodam voluntatis imperio peraguntur, adeò ut illi à variis illius actibus, prout scilicet spiritum animalem excitant, ejúsque fluxum variè dirigunt, à peculiari partium, quæ voluntariè moventur, structurâ, & ab ipso spiritûs animalis influxu pendeant, ex quo fit, ut manuum, pedum, & quarumdam aliarum partium motus, quippe qui utplurimùm, prævio quodam voluntatis actu perficiuntur, voluntarij dici soleant.

Pendentes à spiritu animali motus in voluntarios, involuntarios, & mixtos distinguûtur.

Involuntarij motus sunt illi, qui nullo præeunte voluntatis imperio, imò & ipsâ vel nesciente, vel reluctante animâ, peraguntur, atque adeò duplicis sunt generis, intrinseci nempe, & extrinseci. Involuntarij motus intrinseci, uti motus cordis, intestinorum, & alij hujusmodi à mechanica partium illarum structura, & ab influxu spiritûs animalis pendent, ac semper, quamvis nullum præmittatur voluntatis imperium, imò & ipsâ licèt nesciente animâ, perficiuntur, uti modò diximus; motus verò involuntarij

Involuntarij motus duplicis sunt generis.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 160 sur 315

©BIU Santé

Cap. XX. *De differentiis motuum qui spiritus animalis ope peraguntur : in quo distincti ipsius fontes explicantur.*

voluntarij extrinseci, quos scilicet animi pathemata concomitantur, etiam sine præmisso quodam voluntatis imperio, extrinsecis ab objectis semper excitantur; isti autem motus, quos anima sanè utplurimùm advertit, & tamen ipsâ licèt reluctante fiunt; ideò extrinsecis ab objectis excitari dicuntur, quòd præter peculiarem partium dispositionem, & spiritûs animalis præsentiam extrinseca quædam objecta præsupponant, quæ pro diversâ sui naturâ, diversáque ratione, quâ sensuum organis applicantur, spiritum animalem diversimodè determinando, involuntarios motus diversos in oculis, in corde, necnon sæpissime in reliquis corporis partibus, nervi utriusque intercostalis & octavi paris interventu excitant; uti *Lib.* III. *Cap.* III. *&* *Cap.* IV. dicetur.

Mixti, seu partim voluntarij & partim involuntarij motus, ij sunt qui prævio quidem sine voluntatis imperio fiunt, sed ab ipsa aliquod saltem ad tempus cohiberi, variisque modis immutari possunt : isti verò motus, quemadmodùm & involuntarij, duplicis sunt generis; Etenim alij propiùs ad voluntarios, & alij propiùs ad involuntarios accedunt.

Mixti motus primi generis, sunt illi, qui licèt primò à præviis quibusdam voluntatis actibus, tanquam à causis spiritum animalem excitantibus pendere videantur : sæpissimè tamen ipsâ non advertente animâ peraguntur, quòd scilicet ob prædictos multoties repetitos voluntatis actus, ipsemet spiritus animalis in partes, quæ hujusmodi motibus obeundis aptæ natæ sunt, adeò facilem aditum sibi fecerit, ut etiam, nullo præeunte voluntatis imperio, pro levi quavis ipsum determinante causa, imò & sæpè sæpius, nullâ, sensibili saltem, occasione datâ, tendentium ad ipsas nervorum meatus, quasi vias maximè tritas, & apertas subeat, eásque utplurimùm nesciente animâ moveat: Ex quibus fit, ut ejusmodi motus habituales dicantur, quos ad mixtos reducimus, tum quòd repetitis à motibus voluntariis remotè pendeant, tum quòd ipsos voluntas ad aliquod tempus cohibere, variisque modis immutare possit.

Mixti secundi generis motus, ij sunt, quos licèt primò à mechanica subjectarum ipsis partium structurâ, & ab influxu spiritûs animalis secundum naturam pendeant, anima ad aliquod tempus cohibere, & variis modis immutare potest, cujusmodi sunt

thoracis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 161 sur 315

©BIU Santé

thoracis & diaphragmatis motus ; quamvis enim partes illæ ob peculiarem , quâ donantur , ſtructuram , ſpiritûs animalis vi citra voluntatis imperium moveantur , proindéque motus earum involuntarij dicantur ; voluntas tamen moventis ipſas ſpiritûs animalis actionem per ſe immediatè aliquandiu impediendo , aut fluxum illius variis modis immediatè quoque per ſe dirigendo, ad aliquod tempus motus illarum aliquando ſiſtit , aut eos variè immutat , adeóque illæ à dominatione voluntatis non prorsùs liberæ habentur ; unde fit , ut ipſarum motus non ſolùm involuntarij , ſed etiam voluntarij jure dici poſſint.

CAP. XX. *De differentiis motuum qui ſpiritûs animalis ope peraguntur : in quo diſtincti ipſius fontes explicantur.*

Spiritum animalem , quem , utpote è materia unius & ejuſdem naturæ , conſimilium glandularum miniſterio , & fermentationis ope in cerebro , cerebello , medulla oblongata , & medulla ſpinali productum , ubivis uniformem eſſe ducimus , univerſalem prædictorum motuum cauſam apud nos haberi ex ſuprà dictis ſatis intelligitur. Hujuſmodi autem motuum differentiæ ex eo tantùm pendere videntur , quòd ſpiritus animalis , ab aliquo voluntatis imperio veluti excitatus , voluntario motui dicatas verſus partes illicò tendat , eáſque hoſpitante in ipſis ſpiritu concurrente , ad animæ nutum , modò huc , modò illuc trahat , proptereáque motus voluntarios tunc edere dicatur : vel quòd is nullo præeunte voluntatis imperio , per ingenitam ſibi vim motricem ad partes , quæ voluntariis motibus obeundis aptæ natæ ſunt , indeſinenter feratur , & ob peculiarem ipſarum ſtructuram involuntarios primi generis motus , ipsâ nimirum licèt neſciente animâ peragat : vel quòd ab objecto quodam extrinſeco veluti excitatus , diſtinctas plures adeat partes , pro quarum diverſitate , involuntarios ſecundi generis motus diverſos , ipsâ nempe licèt reluctante animâ , producat : vel quod is etiam ſine prævio quodam voluntatis actu , ita quaſdam ad partes peculiari ſtructurâ donatas affluat , ut voluntas per ſe ipſam immediatè affluxum illius aliquod ad tempus ſiſtere , eúmque variis modis dirigere poſſit , adeóque partes illæ mixtis paulò ſuprà explicatis motibus cieri dicantur. Nec mirum quòd res ita ſe habeat ; radij namque ſolares , ubicunque uniformes , pro diverſis corporum , quibus illiduntur ſuperficiebus , diverſos , imò & propemodum infinitos colores producunt , prout ſcilicet diverſimodè reflexi , atque refracti ,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 162 sur 315

©BIU Santé

CAP. XX. *De differentiis motuum qui spiritus animalis ope peraguntur: in quo distincti ipsius fontes explicantur.*

vel utrumque, vel alterutrum visûs organum diversimodè afficiunt; quidni pariter distinctæ spiritûs animalis copiæ, è cerebro tanquam è sole microcosmi totidem veluti radij emissæ, pro diversis quas adeunt partibus, diversos edant motus, prout à diversa ipsarum structura motrix earum vis ad agendum diversimodè determinatur: eâ scilicet ratione quâ suprà explicatum fuit.

Quæ cùm ita sint, spiritum animalem in superna ovalis centri regione, & in gemino semicirculari centro asservatum, ac veluti stagnantem motibus potissimùm voluntariis edendis dicatum esse videtur; non quòd ipsi & spiritui animali qui reliquas permeat medullæ cerebri partes discriminis aliquid intersit, sed quòd, unà cum spiritu striatis è corporibus supernis manante, postica nervorum spinalium principia subeat, eorúmque interventu ad musculos devehatur, quibus scilicet partes quædam instruuntur, cujusmodi sunt caput, manus, spina, & pedes, quæ motibus voluntariis obeundis aptæ natæ sunt: adeò ut prædicta superna ovalis centri regio, & prædictum geminum semicirculare centrum sint veluti conceptacula quædam, è quibus spiritus animalis, pro variis voluntatis actibus, modò parciùs, modò copiosiùs depromitur, & modò per hos, modò per illos, tractus medullares, quibus nempè striata corpora superna constant, distinctas quasi per orbitas, ad has vel illas partes amandatur, ut distinctos motus voluntarios producat: è contrà, spiritus animalis, qui tum è media & infima ovalis centri regione, cùm ex striatis corporibus mediis, striatis corporibus infernis interioribus, striatis corporibus infernis exterioribus, & ex utroque tractu medullari transverso, & nonnihil obliquo derivatur, quemadmodum & is, qui albicantibus è prominentiis duabus pone infundibulum constitutis, corporibus pyramidalibus, & olivaribus, necnon ipso è cerebello manat, motibus potissimùm involuntariis mixtísque secundi generis peragendis verisimiliter conducit, quòd scilicet ad partes quæ hujusmodi motibus edendis aptæ natæ sunt, indesinenter, & sponte, seu nullo præeunte voluntatis imperio feratur.

Spiritum animalem è superna ovalis centri regione, & è gemino semicirculari centro manantem, motus potissimùm voluntarios peragere diximus, quoniam hic ubi prædictas partes motibus voluntariis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 163 sur 315

©BIU Santé

voluntariis obeundis potiſſimùm dicatas, ſine prævio quodam voluntatis imperio ſubit, eáſque movet; mixtos primi generis ſeu habituales motus edit; ubi nervorum ſpinalium propagines, quæ utrinque in nervum intercoſtalem deſinunt, & eos ingreditur nervos, qui in muſculos reſpirationi inſervientes diſtribuuntur, involuntarios primi generis, & mixtos ſecundi generis motus perficit, aut iis perficiendis conducit: ſimiliter ſpiritum animalem, tum è media & infima ovalis centri regione, cùm ſtriatis è corporibus mediis, ſtriatis è corporibus infernis interioribus, ſtriatis è corporibus infernis exterioribus, & è prædicto utroque tractu medullari tranſverſo & nonnihil obliquo derivatum, quemadmodùm & eum qui duabus è prominentiis pone infundibulum conſtitutis, è corporibus pyramidalibus, & olivaribus, necnon è cerebello defluit, potiſſimùm involuntariis, mixtíſque ſecundi generis motibus edendis conferre ſignificavimus; quoniam licèt derivatus ex hujuſmodi partibus ſpiritus animalis ad partes involuntariis mixtíſque jam dictis motibus edendis dicatas, maximam partem feratur; quædam tamen parvæ ipſius copiæ ad partes deferuntur, quibus voluntarij motus peraguntur, uti ex iis quæ capite præcedenti diximus, & ex communicatione quæ inter omnes ferè corporis nervos habetur, facilè colligi poteſt.

CAP. XX. *De differentiis motuum qui ſpiritûs animalis ope peraguntur: in quo diſtincti ipſius fontes explicantur.*

Cæterùm notandum venit, quòd licèt defluens è cerebello ſpiritus animalis, ſive voluntariis, ſive mixtis primi, necnon ſecundi generis motibus perficiendis conducat, primò ac principaliter involuntarios primi generis motus edit, nimirum quòd nervus uterque intercoſtalis, & octavi paris nervi, qui in carneas cordis, ſtomachi, & inteſtinorum fibras inſeruntur, proindéque involuntariis primi generis motibus perficiendis inſerviunt, majorem à cerebello, quàm à cerebro ſpiritûs animalis copiam recipiant, quod ſequentibus experimentis confirmatur. Dum capite canis per ſuperiora aperto, cerebellum in fruſtula ſecatur, & è calvaria eximitur, illico ferè moritur canis, etiamſi cerebrum medullæque oblongatæ caudex nequaquam lædantur. Secundò ſi canis alterius capite per ſuperiora ſimiliter aperto, medullæ oblongatæ caudex paulò ſupra cerebrum à cerebello ſejunctum è calvaria eximatur, per ſex circiter horas canis reſpirat, quamvis experimentum iſtud ingens ſequatur ſanguinis effuſio, ex quibus manantem è cerebello ſpiritum ani-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 164 sur 315

©BIU Santé

CAP. XX. *De differentiis motuum qui spiritus animalis ope peraguntur: in quo distincti ipsius fontes explicantur.*

malem motibus involuntariis, quibus animantis cujuslibet vita sustinetur, potissimùm edendis dicatum esse conjicere fas sit, cùm cerebro toto è calvaria exempto, prædicti animantis cor, totúsque thorax plures per horas sensibiliter moveantur, uti modò diximus, dummodo cerebellum non lædatur, & è contra sensibili omni motu statim ferè priventur, ubi cerebellum in frusta secatur, quamvis cerebrum, & medulla oblongata nullatenus lædantur.

Digressio.

Non tantùm corporis partes musculis aut fibris muscularibus instructas movet spiritus animalis, sed etiam, si conjecturâ uti licet, lymphæ sanguinísque motum peragit, aut saltem huic peragendo, necnon conservando plurimùm conducit. Nec sine ratione forsan, ad hanc opinionem amplexandam adducimur, cùm in nervis indagandis, singulas corporis glandulas, habitâ nimirum molis ipsarum ratione, nerveas multò plures propagines, quàm reliquas partes admittere detexerimus, uti *Lib.* III. ostendetur. Nervos autem vel ad motum, vel ad sensum, vel ad utrumque in glandulas inseri nemo dicat, cùm ipsas per se, nec moveri, nec sentire, certum exploratúmque sit, quapropter conjicere liceat, quamplurimos nervorum ramulos in glandulas inseri, ut in laxos earum poros spiritum quemdam animalem exonerent, cujus scilicet pars aliqua nùtritionis ipsarum operi perficiendo conferat, altera verò pariter ac lympha arterioso è sanguine secreta, lymphaticis è vasis, ex ipsis emergentibus resorbeatur, eorúmque interventu in venas transeat; adeò ut spiritus animalis arterioso è sanguine cerebri, necnon medullæ spinalis ministerio eliciti, nervósque permeantis copiæ quædam glandularum, vasorum lymphaticorum, venarum, pulmonum, & cordis interventu in arterias refundantur, & motum sanguinis quocum rursus intimè permiscentur, ob mutuam, & continuam contrariorum ipsius principiorum actionem, & reactionem sensim remittentem veluti excitent, atque adeò huic peragendo necnon conservando conducant.

Ex suprà dictis planè intelligitur spiritum animalem circularem in corpore motum obire, imò & ipsum velut universalem microcosmi spiritum esse, qui videlicet in ipso omnia permeat, omniáque vel per se, vel quatenus universali microcosmi spiritu, seu materiâ primi elementi Cartesij, sociatus movet.

CAPUT

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 165 sur 315

©BIU Santé

Cap. XXI. *De facultatibus animalibus, ac primò de ſenſibus externis.*

CAPUT XXI.

De facultatibus animalibus, ac primò de ſenſibus externis.

IAm ſupereſt, ut explicemus, quid ſint facultates animales, in qua cerebri parte, & quomodo ipſarum actus edantur; verùm quoniam præcipua, quæ hac de materia dici poſſunt, verſantur circa unionem animæ, & corporis, & circa varias fœderis illius conditiones, quæ vix ullâ ratione comprehendi poſſunt, illis haud immorari, ſed tantùm ea, quæ certiora videntur, breviter exponere decrevimus.

Quid ſenſus externi.

Senſus externi ſunt ipſamet anima, à qua ſolâ ratione diſtinguuntur, ſpectata ſcilicet, prout diſtinctas perceptiones eas admittere poteſt, quæ ſenſationum nomine donari ſolent, & quæ à motibus excitantur, occaſionali nimirùm tanquam à cauſa, quos ſenſibilia nervorum, ſpiritúſque animalis interventu, albis ſtriatorum corporum ſuperiorum, & mediorum tractibus imprimunt, quorum miniſterio, & hoſpitantis in ipſis ſpiritus animalis ope, illam, ex placito ſupremæ intelligentiæ, immediatè ſentire conjici poteſt; cùm nervi omnes, quibus ſenſuum externorum organa inſtruuntur, primam ex ipſis originem ducant, uti *Lib.* III. oſtendetur, ſi nervos quintæ conjugationis excipias, qui licèt aliunde prodeant, cum albis ſtriatorum mediorum corporum tractibus ſtrictiſſimam connexionem habent, quod medullares proceſſus annularis fibrillæ, è quibus educuntur, in ipſis deſinant. Vide *Tabulas* XIV. & XV. unde fit, ut varij motus prædictorum quintæ conjugationis nervorum fibrillis, & huic, quem devehunt, ſpiritui animali, exterioribus ab objectis impreſſi, jamjam memoratis ſtriatorum corporum mediorum tractibus citiſſimè communicentur. Quæ cùm ita ſint, non abs re forſan, in ſequentibus, albos ſtriatorum corporum ſuperiorum, & mediorum tractus, communis ſenſorij nomine donabimus.

Albi ſtriatorum corporum ſuperiorũ, & mediorum tractus communis ſenſorij nomine donantur.

Ex ſuprà dictis quivis facilè colliget, hunc, verbi gratiâ, ſenſum externum, quem viſum nuncupamus, nihil aliud eſſe, quàm ipſammet animam, ſpectatam quatenus harum perceptionum admittendarum capax eſt, quarum aliis luminis, & aliis coloris nomen inditum eſt, & quæ in ea, ipſomet à Deo producuntur, ex occaſione

Quid viſus.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 166 sur 315

©BIU Santé

CAP. XXI. *De facultatibus animalibus, ac primò de sensibus externis.*

occasione motuum, qui nervorum opticorum, & illius, quem devehunt, spiritûs interjectu, ab objectis quæ vulgò luminosa, & colorata dicuntur, communi sensorio imprimuntur. Reliquorum sensuum externorum naturam non explicabimus, ne tempus teramus; cùm hæc ex iis quæ modò de visu diximus, planè intelligi posse videatur.

Alborum tractuum striatorum corporum superiorum, & mediorum, necnon nervorum, & spiritûs animalis, dispositivè scilicet concurrentis ministerio, animam sentire jamjam indicavimus; attamen dum hæc sentit, aut alio quovis modo cogitat, sensationes, aut aliæ cogitandi rationes, nec à sola ipsius natura, nec à peculiari prædictorum tractuum alborum, nervorúmque structurâ, nec à præsentia spiritûs animalis tantùm, sed etiam ab instituto supremæ Intelligentiæ pendent; siquidem ubi sensus cujusdam actûs editur, actus ille, seu sensatio nec ab anima, quippe quæ recipit, nec ab objecto movente, nec à spiritu animali, à nervis ipsomet ab objecto motis, utpote sensatione imperfectioribus, produci potest; propterea áque illam ab instituto supremæ Intelligentiæ, uti modò diximus, seu ab ipso Deo, tanquam à causa efficienti, pendere necessariò concludendum videtur. Divinum autem ad hoc institutum recurrere cogimur, quòd mente complecti nequeamus, quomodo corpus in animam incorpoream agere possit: imò quamvis illud in istam ageret, vix ulla reperiri posset habitudo inter motus corporis, & eos qui ex occasione illius in anima excitantur; adeò ut verisimiliter Deus optimus Maximus animam corpori, eâ lege unitam esse voluerit, ut hæc certo quodam modo sentiret aut cogitaret, quotiescunque corpus, aut quædam ejus partes certâ quadam ratione moverentur; & vice versâ, ut corpus, vel partes illius, certo quodam modo pariter moverentur, quotiescunque anima certâ quadam ratione sentiret, aut cogitaret: & hæc sunt, quæ in Tractatu Metaphysico Cursûs Philosophiæ Petri Silvani de Regis in lucem brevi edendi, fusè, necnon distinctè explicata unusquisque videre poterit.

Sensationes & aliæ cogitandi rationes ab instituto supremæ intelligentiæ pendent.

Præterea sensationes, quarum aliæ luminis, & aliæ coloris nomine donantur, Deum ipsum producere diximus, ex occasione motuum, qui nervorum opticorum, & illius quem devehunt, spiritûs interventu, ab objectis quæ vulgò luminosa & colorata dicuntur,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 167 sur 315

©BIU Santé

dicuntur, communi ſenſorio imprimuntur, quò notum, planúmque fiat, quòd ut ſenſuum externorum actus edantur, neceſſum eſt, ut motus nervis, & hoſpitanti in ipſis ſpiritui animali, à ſenſibilibus primùm impreſſus, ad prædictum uſque commune ſenſorium perveniat: quò facilè, necnon expeditè pervenire poſſe videtur, cùm nervi omnes, ſenſuum externorum actibus edendis dicati, ex ipſo emergant, (ſi quintum par exceperis, cujus propagines quædam guſtui inſerviunt) & cùm hoſpitans in illo, & in toto ſyſtemate nervoſo ſubtiliſſimus ſpiritus animalis ſit corpus liquidum continuum, quo ſemper tenuiſſimæ nervorum fibrillæ veluti turgent ac tenduntur; adeò ut, quotieſcunque ſenſorio ritè diſpoſito, ipſi admoto ab objecto, motus quidam imprimitur, is tenuiſſimarum fibrillarum nervorum, & ſpiritus animalis interjectu, albis ſtriatorum corporum ſuperiorum, & mediorum tractibus illico communicetur: ex quo fit, ut ipſos communis ſenſorij vices gerere putemus.

CAP. XXI. *De facultatibus animalibus, ac primò de ſenſibus externis.*

Ex ſuprà dictis clarè intelligitur, quod omnis ſenſatio ſpectata prout eſt in anima, nihil aliud eſt, quàm ipſius animæ modus, à Deo, tanquam à cauſa efficienti productus, ratione cujus ipſa certo quodam modo ſentit: quatenus verò extra animam eſt, hæc nihil aliud eſſe concipitur, quàm certa quædam objecti ſenſibilis affectio, à qua pendere dicitur, prout ſcilicet ob ipſam, ſenſibile proprio ſibi ſenſorio motum quemdam imprimit, à quo ad albos uſque tractus ſtriatorum corporum ſuperiorum, & mediorum prorogato, occaſionali tanquam à cauſa, eâ, quâ ſuprà explicatum fuit, ratione, certa quædam in anima perceptio excitatur.

Demum ſenſatio generatim ſumpta lumen, & colorem, odores, ſapores, ſonos, calorem, frigus, humiditatem, ſiccitatem, duritiem, mollitiem, aſperitatem, lævitatem, voluptatem, & dolorem complectitur; atque adeò hæc plures animæ facultates, viſum nempe, olfactum, guſtum, auditum, & tactum reſpicit. Verumtamen, ſi res accuratè perpendatur, ſenſationes omnes ad tactum referri videntur, ut ipſimet Ariſtoteli viſum eſt, qui *Lib.* III. *de anima*, *Cap.* XII. ſic habet. Καί τοι καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητήρια ἁφῇ αἰσθάνεται, ἀλλὰ δι' ἑτέρων, αὐτη δὲ δόκει μόνη δι' αὐτῆς, *Atqui etiam alia ſenſoria tactu ſentiunt, ſed per alia, hic verò ſolus per ſe.* Ex quibus eorum quæ nos ambiunt, corporum

©BIU Santé

Cap. XXII. *De sensibus internis, ac primò de imaginatione.*

rum cognitionem, sensuum tantùm ministerio comparari posse, manifestè patet.

CAPUT XXII.

De sensibus internis, ac primò de Imaginatione.

SEnsibus externis, ipsorúmque functionibus explicatis, proximè sequitur, ut internorum, imaginationis scilicet, sensûs communis, memoriæ, judicij, & rationis naturam, & actus explicemus. Verùm antequam ulteriùs progrediamur, ad faciliorem dicendorum intelligentiam supponere nobis liceat, animam corpori, ex placito Dei optimi Maximi, eâ lege unitam fuisse, ut quandiu initi cum ipso fœderis vinculum perstaret, tandiu hæc corporis generatim sumpti præsentem haberet ideam, quæ videlicet in ea, occasionali tanquam à causa, indesinenti à motu excitatur, quem universalis spiritûs animalis fluxus universæ cerebri medullæ imprimit; sic autem spectata anima, seu quatenùs unita corpori, varios tot imaginandi modos admittere potest, variis quot modis, peculiaria quævis corpora, vel mediatè, vel immediatè sensoriis admota, nervorum, spirituſque animalis ministerio, ovale centrum afficere possunt. Hinc fit ut imaginationem pro simplici imaginandi facultate sumptam, nihil aliud esse dicamus, quàm ipsammet animam spectatam prout peculiarium quorumvis corporum ideas admittere potest, quæ peculiaria eadem corpora, qualia sunt in semetipsis, repræsentant, & quæ peculiarium ex occasione motuum producuntur, quos peculiaria ejusmodi corpora, organis sensuum, quorum sunt objecta, vel mediatè, vel immediatè admota, nervorum, & spiritûs animalis interventu, in ovali centro excitant.

Quid Imaginatio.

Imprimis animam, prout imaginandi facultate donatur, peculiarium quorumvis corporum ideas admittere posse indicavimus, ut intelligatur, quòd imaginationi, pro mero imaginandi actu sumptæ, & conceptioni hoc intereſt discriminis, quòd anima per conceptionem, spiritualis, seu cogitantis cujusvis substantiæ ideas percipiat, & è contra per solam imaginationem corporeas, seu extensas substantias internoscat.

Ratio discriminis, quod imaginationi, & conceptioni intereſt.

Præterea peculiarium quorumvis corporum ideas, eadem à quibus

©BIU Santé

quibus excitantur, corpora, qualia ſunt in ſemetipſis, animæ repræſentare diximus, ut imaginatio à ſenſatione diſtingui animadvertatur; cùm corpora, quæ ſenſibilia dicuntur, ſenſatione non qualia ſunt in ſemetipſis, ſed tantùm qualia ſunt reſpectu ſentientis repræſententur; ex quibus binas iſtiuſmodi functiones, ex parte animæ, realiter modaliter ab invicem diſtingui intelligitur, quanquam ex parte corporis, parvum ipſis diſcrimen interſit, cùm motus à quibus dependent, licèt re verâ diſtincti, ſeſe neceſſariò excipiant; hoc autem ita proculdubio contingit, quòd albi ſtriatorum corporum ſuperiorum, & mediorum tractus, commune ſenſorium conſtituentes, ex ovali centro, quod præcipua imaginationis ſedes eſt, educantur, ac proinde adeò ſtrictè invicem connectantur, ut varios communis ſenſorij motus, varij ovalis centri motus non ſolùm neceſſariò, ſed & citiſſimè ſequantur; adeò ut motus, à quibus, occaſionali nempe tanquam à cauſa ſenſationes producuntur, in ovali centro terminentur, & pro variis, quas inibi patiuntur, mutationibus, varios primæ imaginationis actus excitent; naturam enim ex occaſione motuum duorum diſtinctorum, ſeſe immediatè excipientium, ſenſationem, ac ſubinde imaginationem unam, in anima excitari voluiſſe, experientiâ comprobatum habemus; ſíque rem aliter præſtitiſſet, ſenſus utplurimum homini inutiles eſſent; quid enim ipſi prodeſſet, ut ſenſuum miniſterio, aquam, ex. gr. ſibi neceſſariam eſſe cognoſceret, niſi imaginationis ope, ipſam corpus fluidum eſſe detegeret, quod communem ad uſum, intra vas aliquod contineri & aſſervari debet? Quid prodeſſet, ut trianguli, quadrati, aut alius cujuſvis figuræ geometricæ colores viſu perciperet, niſi triangulum ipſum, quadratum, aut quaſvis alias figuras geometricas, per imaginationem apprehenderet, & cognoſceret, ut varias pro re nata ex ipſis proprietates decerpat, quæ maxima vitæ commoda afferunt.

Itaque imaginationem, & ſenſationem, ex parte corporis, parum ab invicem differre conſtat, quòd in partibus

CAP. XXII. *De ſenſibus internis, ac primò de Imaginatione.* Ratio diſtinctionis, quæ inter imaginationem, & ſenſationem reperitur. Redditur ratio, cur imaginatio, & ſenſatio, ex parte corporis parum ab invicem differant.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 170 sur 315

©BIU Santé

Cap. XXII. *De sensibus internis, ac primò de Imaginatione.*

vicinis, & maximam inter se connexionem habentibus producantur, ut modò innuimus; ex quo fit, ut qualecunque sit ipsarum, ex parte animæ, discrimen, eæ tanquam unicus illius actus spectari, & haberi soleant; etenim dum quis rubram, ex. gr. intuetur vittam, tantùm abest, ut se colorem rubrum percipere, & vittam imaginari dicat, quin potiùs, se vittam rubram intueri pronunciare solet; adeóque imaginationem cum sensatione confundit, licèt duo sint actus ab invicem distincti, quorum unus, sensatio nempe, alteri, seu imaginationi, ex naturæ instituto, semper præmittitur, quæ videlicet, dum rubram, verbi gratiâ, intuemur vittam, motûs illius ope, quem rubra eadem vitta, nervorum opticorum, & ejus quem devehunt spiritûs interjectu, communi sensorio imprimit, in anima sensationem, seu coloris rubri perceptionem primò excitari voluit: Et quoniam vittæ rubræ, seu corporis rubri idea, hujusmodi sensationem adeò proximè sequitur, ut anima ipsa tempus, quo ab invicem separantur, advertere nequeat, hinc fit, ut imaginatio cum sensatione confundi soleat. Hoc notatu dignissimum est, cùm exinde omnes ferè hominum errores oriantur, uti à neotericis Philosophis observatum fuit, qui non pauca hac de materia scripserunt.

Redditur ratio, cur imaginatio cum sensatione vulgò cófundatur.

Denique imaginationem peculiarium quorumvis corporum ideas recipere diximus, quæ peculiarium ex occasione motuum producuntur, qui in ovali centro excitantur, ut intelligatur, quòd quemadmodum corporis generatim sumpti idea, in anima, ex occasione motus excitatur, quem universalis spiritûs animalis fluxus universæ cerebri medullæ imprimit, sic peculiaris cujusvis corporis idea, peculiaris ex occasione motus producitur, quem idipsum corpus, dum præsens est, organo sensûs, cujus objectum est, mediatè, vel immediatè admotum, nervorum, & spiritûs animalis interjectu, prædicto in ovali centro excitat.

Cæterùm, cùm nullus sit dubitandi locus, quin præcipua

©BIU Santé

cipua imaginationis perfectio in hoc potiſſimùm conſiſtat, quòd hæc ſenſibilium imagines diſtinctè percipiat ; hanc ipſius perfectionem, ex eo haud dubiè pendere dicimus, quòd tenuiſſimæ fibrillæ, quibus ovale centrum conſtat, & hoſpitans in ipſis ſpiritus animalis, nervorum, & devecti per ipſos ſpiritûs ipſius animalis interventu, variis tot modis afficiantur, ſeu diſtinctas tot motûs rationes admittant, ubi imaginamur, quot variæ ſunt ſenſibilium proprietates, quarum unaquæque propriam ſui, ut ita dicamus, imaginem effingit, quatenus ſcilicet ab illius motu, occaſionali tanquam à cauſa, vera ipſius idea in anima producitur; adeò ut diſtinctæ, verbi gratiâ, motûs rationes, quæ à diverſis unius & ejuſdem objecti affectionibus pendent, ſint totidem veluti motus partiales, quorum aggregatum motûs totalis rationem habet, qui ſenſibili toto ab objecto, ſeu à partibus illius collectivè ſumptis excitatur, è cujus occaſione, objecti totius idea in anima producitur, licèt illud variis proprietatibus affectum ſit. Iſtud hominis, quem eminus intuemur, exemplo confirmari poteſt ; etenim hac in occaſione, eæ tantùm corporis hominis illius affectiones, quas cum reliquis corporibus communes habet, tenuiſſimis ovalis centri fibrillis, & hoſpitanti in ipſis ſpiritui animali, oculorum miniſterio, motum quemdam imprimunt, unde confuſa tantùm illius imago naſcitur ; proindéque adhuc neſcimus an hominem, vel aliud quoddam corpus imaginemur ; verùm ſi idem homo paulò propiùs accedat, ita ut inceſſus, præter motum à communibus corporis illius affectionibus productum, novum ac peculiarem quemdam in ovali centro motum excitet, totalis inde naſcetur motus, è cujus occaſione, corporis quod movetur, idea in anima producetur ; attamen nondum ſciemus, an hominem, vel animal aliud imaginemur ; tandem ſi hic homo prope adeò accedat, ut caput, oculi, manus, & reliquæ externæ corporis illius partes peculiarem ſuum motum, in prædicto ovali centro excitare poſſint, major ac perfectior exinde oborietur totalis motus, à quo occaſionali tanquam à cauſa, non corporis & animalis tantùm, ſed etiam hominis & externarum corporis illius partium diſtincta in anima imago producetur.

CAP. XXII. *De ſenſibus internis, ac primò de Imaginatione.*

Præter hanc, quam modò deſcripſimus, & primam nuncupamus imaginationem, cujus actus cum ſenſationibus, ſeu facultatis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 172 sur 315

©BIU Santé

Cap. XXII. *De sensibus internis, ac primò de Imaginatione.*

cultatis sentiendi actibus confundi solent, alteram, seu secundam agnoscimus, cum cujus actibus sensationes vulgò confunduntur, & hæc nihil aliud est, quàm ipsamet anima, prout absentium quorumvis corporum admittere potest ideas, quæ absentia eadem corpora, tanquam præsentia, necnon qualia sunt, ipsi repræsentat, & quæ ex occasione solius spiritûs animalis fluxus excitantur, prout hîc in ovali centro peculiares excitat motus, qui unius, & ejusdem rationis sunt ac ij, qui antea præsentibus ab objectis excitati fuerunt: unde fit, ut iterum anima eorumdem objectorum, quanquam absint, ideas admittat, & hæc est secunda imaginatio, quæ propriè imaginatio dicitur; propterea quòd actus alterius, quam primò descripsimus, & primam nuncupavimus, cum sensationibus vulgò confundantur: ex quo fit, ut illa tanquam sensus externus spectetur, & actus ejus sensationes habeantur,

Imaginatio duplex est, prima nempe, & secunda.

Imprimis secundam imaginationem, de qua nunc agimus, ipsam animam esse diximus, ut hanc à prima realiter non distingui intelligatur: secundò ipsam absentium corporum ideas, quæ ex occasione solius spiritûs animalis fluxus excitantur, admittere diximus, ut primæ, & secundæ imaginationi hoc discriminis interesse advertatur, quòd illius actibus, quippe qui præsentibus ab objectis, organis sensuum mediatè, vel immediatè admotis producuntur, præsentia tantùm corpora repræsententur, & è contra istius actibus, utpote ex occasione solius motus in ovali centro, à solo spiritûs animalis fluxu excitati productis, absentia tantùm corpora animæ, tanquam præsentia, exhibeantur, cum hoc discrimine, quòd ipsorum ideæ minùs emicent, quàm ideæ, quæ præsentibus ab objectis produci dicuntur. Nec mirum quòd absentium, minùs quàm præsentium objectorum ideæ emicent, cùm motus, quem præsentia objecta in ovali centro excitant spiritûs animalis ope, qui hospitatur ac velut excubias agit in nervis, quibus sensuum organa instruuntur, multò major fit, quàm is qui à solo naturali spiritûs ipsius animalis fluxu dependet; unde fit ut anima acriùs primæ, quàm secundæ imaginationis actibus excitetur, seu ut præsens citiùs, faciliùs, & clariùs, quàm absens objectum percipiat, quamvis rationes, quibus hæc utraque percipit, secundùm magis & minùs tantùm inter se differant.

Ratio discriminis quod inter primã, & secundam Imaginationem reperitur.

Ex suprà dictis planè intelligi potest, quòd sicuti primæ imaginationis actus, ij sunt animæ modi, quibus præsentium objectorum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 173 sur 315

©BIU Santé

rum imagines recipit, ſic etiam ſecundæ imaginationis actus, ij ſunt ipſiuſmet animæ modi, quibus abſentis cujuſvis objecti effigiem admittit. Verùm, ut concipiatur, quomodo hæc peragantur, nervi quibus organa ſenſuum inſtruuntur, ſub duplici reſpectu ſpectandi ſunt, ſcilicet vel prout è tractibus quibuſdam albis, ex ovali centro emergentibus, educuntur, ut capite præcedenti indicavimus, vel prout ſenſibiles quaſvis per partes corporis diſtribuuntur, & in iis terminantur. His poſitis, nervos modò circa originem, modò circa finem, aut ſaltem devectum per ipſos ſpiritum animalem, modò in tractibus albis, è quibus primam ducunt originem, & ſubinde in ovali centro, & modò in organis ſenſuum externorum, primùm moveri poſſe nemo non concipit; síque motus in ipſis ſenſuum externorum organis, præſenti nempe ab objecto primò excitetur, & ſubinde communi ſenſorio, ovalíque centro communicetur, ex illius occaſione ſenſatio primùm, ac protinus primæ imaginationis actus producitur, quo ſcilicet objectum præſens repræſentatur, & qui cum ſenſatione vulgò confunditur. Diximus, qui cum ſenſatione vulgò confunditur; quia licèt, dum præſens aliquod objectum imaginamur, ſenſatio imaginationi præmittatur, adeóque in una, eadémque anima ſub diverſo reſpectu ſpectata, diſtincti duo ſucceſsivè excitentur actus, quorum alter alterum citiſſimè excipit, nos primùm ſentire, ac ſubinde imaginari vix advertimus, aſt tantùm ſentire videmur: unde fit, ut tunc temporis, non ſentire, & deinceps imaginari, ſed tantùm ſimpliciter ſentire vulgò dicamur. Quòd ſi abſente objecto, in ſuprà memorato ovali centro, & deinde in communi ſenſorio, à ſolo ſpiritus animalis fluxu, motus primò excitetur, qui ejuſdem ſit rationis ac is, qui eodem ab objecto, ubi præſens erat, excitatus fuit, ab eo, occaſionali tanquam à cauſa, ſecundæ imaginationis producitur actus, quo nimirum objectum abſens, tanquam præſens repræſentatur, & quocum ſenſatio confundi ſolet. Diximus, quocum ſenſatio confundi ſolet; quoniam dum abſens aliquod corpus imaginamur, illud percipimus veluti ſenſibilibus iiſdem affectum qualitatibus, quibus affectum erat ubi ſenſibus oblatum fuit; unde fit, ut hunc ſecundæ imaginationis actum ſenſatio quaſi ſequi videatur. Præterea dum abſens aliquod corpus ſenſibilibus quibuſdam affectionibus præditum imaginatione percipimus, anima utplurimùm ſenſibiles corporis illius qualitates

CAP. XXII. *De ſenſibus internis, ac primò de Imaginatione.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 174 sur 315

©BIU Santé

Cap. XXII. *De sensibus internis, ac primò de Imaginatione.*

minùs attendit, quàm reliquas illius affectiones, propter quas ipsum imaginatur: ex quo fit, ut tunc temporis, licèt distinctæ duæ cogitandi rationes in nobis successivè producantur, non imaginari, simúlque sentire, sed tantùm simpliciter imaginari credamus, ac proinde sensationem cum actu secundæ imaginationis confundamus.

CAPVT XXIII.

De sensu communi, & memoriâ.

PRimæ imaginationi, & sensui communi nihil interest discriminis; etenim cùm sensus communis, ex proprio sui significatu, nihil aliud sit, quàm actuum quinque sensuum externorum ultimus, necnon communis terminus, & cùm sensationes omnes ad primam imaginationem tendant, & in ea terminentur, ut capite præcedenti indicavimus, primam eamdem imaginationem, & sensum communem, unum & idem esse planè constat; ac proinde sensus communis nihil aliud est, quàm ipsamet anima spectata prout sensuum ministerio peculiarium quorumvis corporum præsentium ideas admittere potest, quæ in ipsa, peculiarium ex occasione motuum, producuntur, quos peculiaria eadem corpora, organis sensuum mediatè, vel immediatè admota, nervorum, & spiritûs animalis interjectu, in ovali centro excitant.

Quid sensus communis.

In primis sensationes omnes ad primam imaginationem tendere, & in ea terminari diximus. Hoc autem probare non conabimur; cùm unusquisque solius luminis naturalis ope cognoscere possit, naturam voluisse, ut homo visu lumen, & colores: olfactu odores: gustu sapores: auditu sonos: & tactu calorem, cæteráque sensibiles tactilium corporum qualitates percipiat, quò prædictorum sensuum ministerio, modò lucidi, modò colore quodam affecti, modò olentis, modò sapidi, modò sonantis, modò calidi, aut aliâ sensibili qualitate præditi corporis ideam recipiat. Illud ad hunc finem à natura institutum fuisse, ex eo manifestè patere videtur, quòd sensationem quamvis unus primæ imaginationis actus adeò immediatè sequatur, ut imaginatio, & sensatio, licèt sint actus duo animæ realiter modaliter distincti, quasi indivisi spectentur, ut superiùs explicatum fuit; unde fit, ut primæ imaginationis actus cum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 175 sur 315

©BIU Santé

cum facultatis ſentiendi actibus, ſeu cum ſenſationibus confundantur, & vulgò ſenſationum nomine donentur. CAP. XXIII. *De Senſu communi, & Memoriâ.*

Secundò peculiarium quorumvis corporum ideas, quas prima recipit imaginatio, ex occaſione motuum, qui in ovali centro excitantur, produci diximus, ut idem ovale centrum, quippe quod manante è cinerea cerebri ſubſtantia ſpiritu animali ſemper veluti turget, & albos emittit tractus, è quibus educuntur nervi, quibus ſingula ſenſuum organa inſtruxit natura, præcipuam ſensûs communis ſedem eſſe indicaremus.

Ut ea quæ de ſenſu communi jamjam diximus, non nemini perſpicua videantur, notandum eſt, quòd compoſita hujuſmodi vox, unum proprium, & alterum minùs proprium ſignificatum patitur; adeò ut hæc, juxta primum ſignificatum uſurpata, primam imaginationem in conceptu ſuo formali includat; verùm ubi juxta ſecundum, ſeu minùs proprium ſignificatum uſurpatur, unum & idem ac ipſa ratio ſonat; ex quo fit, ut homines quoſdam ſenſu communi carere vulgò dicamus, cùm ipſos communi rationis uſu præditos non eſſe ſignificare volumus.

Quod ad memoriam ſpectat, hæc nihil aliud eſt, quàm ipſamet anima, prout rerum præteritarum plures ſimul, priſtino ſervato receptionis ordine, ideas denuo recipere poteſt, quæ præteritas eaſdem res, tanquam præſentes, necnon quales ſunt, ipſi repræſentant, & quæ ex occaſione ſolius ſpiritûs animalis fluxus excitantur, quatenus hic in ovali centro peculiares excitat motus, qui unius, & ejuſdem rationis ſunt ac ij, qui antea præſentibus ab iiſdem rebus excitati fuerunt; unde fit, ut iterum anima præteritarum earumdem rerum, quanquam abſint, ideas conjunctim, & priſtino ſervato receptionis ordine, admittat. Quid Memoria.

Inprimis memoriam ipſammet animam eſſe diximus, prout rerum præteritarum plures ſimul, priſtino ſervato receptionis ordine, ideas denuò recipere poteſt, ut hanc à ſecunda imaginatione in hoc diſcrepare intelligatur, quòd rerum abſentium ideas conjunctim, & eadem ſerie diſpoſitas admittat, quâ diſpoſitæ erant, ubi primùm ſenſuum miniſterio, in ipſa receptæ fuerunt: cùm è contra ſecunda imaginatio peculiarium corporum abſentium ideas ſeparatim, & ſine ullo reſpectu ad ordinem, quocum anteà receptæ fuerunt, admittat, ac propterea memoriæ actus à ſecundæ imaginationis actibus realiter modaliter diſtingui nemo non videt; cùm illi certas

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 176 sur 315

©BIU Santé

certas quasdam conditiones includant, quas isti non includunt.

Cap. XXIII. *De Sensu communi, & Memoriâ.*

Secundò memoriam, quatenus scilicet pro facultate recordandi sumitur, rerum præteritarum plures simul, pristino servato receptionis ordine, ideas denuò recipere posse diximus, ac præterea addidimus, quæ præteritas easdem res, tanquam præsentes, necnon quales sunt, ipsi repræsentant, & quæ ex occasione solius spiritûs animalis fluxus excitantur, &c. ut memoriam, & secundam imaginationem, non realiter, sed quorumdam tantùm adjunctorum ratione ab invicem distingui intelligatur, ac insuper ut binarum hujusmodi facultatum sedem, unam, & eamdem esse, earúmque actus ab una, eadémque causa produci advertatur.

Quanquam memoriæ, & secundæ imaginationis actus in eadem cerebri parte, ovali nempe centro, edantur, & ab una, eadémque causa producantur, uti modò indicavimus, hoc tamen inter utrorumque productionis rationes discriminis reperitur, quòd ubi memoriæ actus producuntur, spiritus animalis in pluribus simul ovalis centri fibrillis motus obeat, qui sunt unius, & ejusdem rationis ac ij, qui in ipso, à præsentibus idearum, quas denuò recipimus, objectis aliàs excitati fuerunt; adeò ut spiritus animalis, cujus ope plures rerum præteritarum ideas repetimus, distinctas plures prædicti ovalis centri fibrillas ordinatim, necnon continenter percurrat, eásque percurrendo parem motûs rationem habeat, & parem fluendo ordinem servet, ac is, è cujus occasione primæ rerum, quas recordamur, ideæ certâ quadam connexione unitæ, productæ fuerunt: ac proindè faciat, ut anima quasi vestigiorum notas advertat, quas tenuissimis ovalis centri fibrillis hîc impressit spiritus animalis, cujus ministerio, primas rerum ideas in anima receptas fuisse diximus, quas videlicet prædictis vestigiorum spiritûs animalis notis quasi imprimi natura voluisse videtur. Verùm quod ad secundæ imaginationis actus attinet, ij variorum ex occasione motuum producuntur, ut suprà innuimus, quos spiritus animalis fluxus in ovali centro separatim, & cum intermissione excitat, quemadmodum aliàs præsentia objecta, sensuum organis mediatè, vel immediatè admota, similes in ipso separatim, & cum intermissione motus excitaverant, à quibus primùm, occasionali tanquam à causa, similes actus producti fuerant; ex quibus fit, ut anima, pro secunda imaginatione sumpta, absentium objectorum

ideas

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 177 sur 315

©BIU Santé

ideas ſeparatim, & nullo habito reſpectu ad priſtinum receptionis ordinem, admittat. CAP. XXIII. *De Senſu communi, & Memoriâ.*

Cæterùm notandum eſt, quòd dum anima plures ſimul rerum præteritarum ideas repetit, quin eaſdem ideas ſe aliàs admiſiſſe attendat, actus illius Memoriæ propriè dicitur, & è contra, ſi eaſdem ideas ſe aliàs recepiſſe ſecum reputet, hic actus reminiſcentia nuncupatur; adeò ut memoria, pro facultatis recordandi actu ſumpta, is ſit actus, quo rerum præteritarum plures ſimul ideas, priſtino ſervato receptionis ordine, repetimus, quin ipſas à nobis aliàs perceptas fuiſſe nobiſcum reputemus: Reminiſcentia verò is eſt actus, quo rerum ſimiliter præteritarum plures ſimul ideas denuo recipimus, ac ſimul illas nos aliàs recepiſſe attendimus; proindéque memoria ſpectata quatenus facultas eſt, primum actum edere dicitur, dum Poëtæ cujuſdam, ex. gr. cujus opera quondam legimus, carminis alicujus meminimus, & illud recitamus, quin nos illius ideam aliàs admiſiſſe cogitemus: ſecundum verò eadem facultas actum edit, dum carminis cujuſdam recordamur, & illud recitando, nos illius ideam quondam admiſiſſe animo volvimus.

Ex iis quæ ſuprà diximus de natura memoriæ, ſequitur, quòd eò faciliùs, ac citiùs rerum præteritarum meminiſſe debemus, quò altiores veſtigiorum ſuorum notas tenuiſſimis ovalis centri fibrillis ſpiritus animalis impreſſit, cùm is præſentibus ab objectis ſenſuum organis, uti decebat, applicatis motus fuit; eò faciliùs pariter rerum præteritarum ideas repetimus, vel quò ſæpius res ipſæ ſenſibus oblatæ fuerunt, vel quò brevius eſt tempus, à quo ſenſuum organis admotæ ſunt.

CAPUT XXIV.

De Iudicio, & Ratione.

POſtquam imaginationis, ſenſûs communis, & memoriæ naturam, & actus explicuimus, proximè ſequitur, ut quid judicij nomine intelligatur, exquiramus; proptereáque hîc loci judicium nihil aliud eſſe dicimus, quàm ipſam animam ſpectatam prout duas, vel plures, quas admiſit, ideas ſpeculatur, eáſque vel conjungere, vel ſeparare poteſt, alteram alteri Quid Iudicium.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 178 sur 315

©BIU Santé

Cap. XXIV. *De Iudicio & Ratione.*

aut convenire, aut non convenire affirmando. Unum, verbi gratiâ, actum producit judicium, seu judicandi facultas, cùm, postquam ipsa terræ, & rotunditatis illius ideas seorsim admisit, & speculata est, voluntas terræ ideam rotunditatis ejus ideæ, & vice versa rotunditatis ideam terræ ideæ convenire affirmat; quod deinceps exprimimus, dum terram rotundam esse pronunciamus.

Ex suprà dictis sequitur primò, quòd facultas judicandi imaginandi facultatem necessariò præsupponit, ac præterea quod hæc non tantùm duas, vel plures imaginationis ideas, sed etiam unam voluntatis actionem includit, quâ scilicet anima duarum, aut plurium rerum, quas imaginatur, ideas vel conjungit, vel separat: sequitur secundò, quòd ubi anima duas, vel plures ideas conjungit, judicium est affirmativum, ubi verò easdem separat ideas, judicium est negativum: sequitur tertiò, quòd dum anima duas, vel plures ideas conjungit, aut separat, quæ re verâ conjunctæ, vel ab invicem separatæ sunt, judicium est verum: è contra, cùm hæc duas conjungit, aut separat ideas, quæ re verâ nec conjunctæ, nec ab invicem separatæ sunt, judicium est falsum.

Quid Ratio.

Naturâ, & quibusdam facultatis judicandi proprietatibus explicatis, quid sit Ratio, pro simplici ratiocinandi facultate sumpta, facilè quivis intelliget; etenim ex prædictis colligi posse videtur, eam nihil aliud esse, quàm ipsammet animam spectatam quatenus tertium judicium producere potest, quod præmissis à duobus aliis absolutè pendet, & conclusionis nomine exprimi solet. Anima, verbi gratiâ, ratiocinari dicitur, cùm Petrum morte mulctandum esse judicat, & hoc tantùm profert judicium, posteaquam alia duo protulit, ubi scilicet omnem hominem, qui alterum occidit hominem, morte mulctandum esse primùm pronunciavit, ac deinceps Petrum hominem occidisse asseruit, ex quibus ipsum morte mulctandum esse concludit.

Ex iis, quæ ultimis quatuor istius libri capitibus diximus, planè intelligitur, quòd variæ functiones animæ à se invicem ita dependent, ut aliæ alias necessariò præsupponant: Etenim ratiocinatio judicium; judicium memoriam, vel imaginationem; memoria imaginationem; & imaginatio sensationem præsupponit.

LIBER

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 179 sur 315

©BIU Santé

LIBER SECUNDUS.

De Medulla ſpinali.

SI priuſquam è cerebro ad medullam ſpinalem accederemus, ſingulas illius partes, eo, quo primùm in conſpectum veniunt, ordine deſcribere voluiſſemus, uti Lib. I. Cap. II. *promiſimus, deſcribenda fuiſſent nervorum paria decem, quæ è medulla oblongata prodire dicuntur, ubi baſim illius deſcripſimus; verùm peculiaris ipſorum hiſtoria ad librum tertium transferenda nobis viſa fuit; cùm in ipſo fusè de toto Syſtemate nervoſo agere in animo habeamus; omiſſis igitur hujuſmodi nervis, ad medullam ſpinalem deſcribendam nos accingimus.*

CAPUT I.

De membranis ſpinalis medullæ, in quo ipſarum munia explicantur.

QUemadmodum libro præcedenti meninges, vaſaque cerebri priùs quàm binas, quibus illud conſtat, ſubſtantias, deſcripſimus: ſic etiam hîc, antequam medullam ſpinalem deſcribamus, membranarum, quibus hæc obducitur, & vaſorum, quibus irrigatur, hiſtoriam trademus. Quatuor involucris ſpinalis medulla circumveſtitur, quorum primum, quod commune dicimus, quia præterquam quod ipſam obducit ſpinalem medullam, vertebrarum ſpondylis circa poſteriora colligandis quadantenus inſervire videtur, eſt membrana nervoſa, craſſa & fortis, quæ internæ vertebrarum ſpecûs ſuperficiei firmiter adhæret. Hanc validi ligamenti vertebrarum ſpondylos circa anteriora ſimul ligantis productionem eſſe dicimus unà cum Galeno, qui *Lib. III. de uſu partium, Cap. VIII.* ſic habet; *Deſinit autem ligamentum hoc parte quidem poſteriore in tunicam meninges ſpinalis medullæ ambientem &c.* Primum illud ſpinalis medullæ involucrum, quod nerveis quibuſdam propaginibus è nervis ſpinalibus emiſſis inſtructum eſt, ablatâ poſticâ vertebrarum parte, oculis ſtatim ſubjicitur: huic viſcoſus humor ubivis

Quid primum ſpinalis medullæ involucrum.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 180 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De membranis ſpinalis medullæ, in quo ipſarum munia explicantur.*

circumfuſus apparet, & in obeſis, circa vertebrarum internodia, oleaginosâ pinguedine oblinitur.

Primi ſpinalis medullæ involucri munia ſunt, ut vertebrarum ſpondylis circa poſteriora colligandis inſerviat, uti ſuprà indicavimus, & impediat ne ſpinalis ipſa medulla, tum externis à cauſis, tum à vertebris ipſis lædatur, videlicet dum ſpina variis modis vel flectitur, vel extenditur.

Primi ſpinalis medullæ involucri munia.

Secundum ſpinalis medullæ involucrum, quod primum proprium nuncupamus, eſt membrana craſſæ meningi continua, quæ laxo nonnihil ambitu circa poſteriora, & circa latera tantum ipſam comprehendit, ac deinceps quaſi in fiſtulas diviſa, albicantes ex ipſa ſpinali medulla prodeuntes fibrillas, tertij involucri productionibus obductas proximè ambit, eáſque ſibi invicem juxtà poſitas, ubi è vertebrarum ſpecu emergunt, ita complectitur, ut in alba ac teretia corpora deſinant, quæ nervorum ſpinalium nomine donantur. Vide *Tabulæ* XX. *figuram* I.

Quid ſecundum ſpinalis medullæ involucrum.

Hoc ſecundum ſpinalis medullæ involucrum, circa originem, ubi ſcilicet maximi calvariæ foraminis margini adhæret, craſſius refert ligamentum, carnoſíſque tot fibris donatur, ut interiùs carnoſæ membranæ colorem & ſubſtantiæ modum æmuletur, ſaltem ubi intra vertebras cervicis, & ſuperiores dorſi continetur; finis illius oſſis ſacri vertebris incluſus, in obeſis, multâ pinguedine oleaginosâ obductus ſemper apparet. Hoc exteriùs tum propter irrigantia vaſa, tum propter appenſa membranacea quædam ligamenta tantulùm aſperum videtur, & anticæ ſingularum vertebrarum parti, involucri communis interjectu ſtrictè connectitur; hæc autem connexio eò minùs arcta, & fortis eſt, quò magis ad inferiora deſcendit hujuſmodi involucrum, quod lateralibus vertebrarum partibus tum communis involucri, tum nervorum ſpinalium, & vaſorum earumdem vertebrarum ſpecum ſubeuntium interventu nonnihil laxè adhæret, & circa poſteriora, membranaceis quibuſdam ligamentis intermediis, cum primo involucro laxiuſculè conjunctum reperitur.

Id ipſum, de quo hîc agitur, involucrum proximo circa anteriora tantùm, & laxo, circa poſteriora necnon circa latera, ambitu medullam ſpinalem comprehendere aſſerimus, licèt Galenus aliter ſentiat *Lib.* XIII. *de uſu partium*, *Cap.* VIII. ubi oſtendens ſimilitudinis & diſſimilitudinis rationes, quæ inter cerebri &

medullæ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 181 sur 315

©BIU Santé

medullæ ſpinalis membranas reperiuntur, ſic loquitur; *Quemadmodum*, inquit, *& meningis utriuſque, quæ ſunt circum ſpinalem medullam, ſpecies omnis, ſpeciei earum, quæ totum cerebrum in orbem complectuntur, planè eſt ſimilis, niſi quòd nullum habet medium intervallum, ut in capite, ſed in hoc ſanè diſcrepat, quod craſſa meninx tenuem tangit, ac totam in orbem continet.* Nec tamen propterea Galenus anatomes imperitus fuit, cùm is ipſam ſuo tempore reſtauraſſe, ſummáque diligentiâ excoluiſſe conſtet: neque mirum eſt, quòd venerandus ille Medicinæ Princeps levem hunc in errorem inciderit, quandoquidem non cadaverum humanorum, ſed potiùs brutorum ſectioni operam dabat, in quibus ſecundum medullæ ſpinalis involucrum ipſam undiquaque proximè ambit, ita ut in iis nullum ſenſile medium intervallum ſervetur inter ſecundum & tertium ſpinalis medullæ involucrum, quod aliter in homine ſeſe habere certo certius eſſe aſſerimus. Quæ cùm ita ſint, nullus eſt dubitandi locus, quin ſecundum prædictæ ſpinalis medullæ involucrum intra vertebrarum ſpecum aliquatenus pulſet; pulſat enim craſſa meninx intra calvariam, ubi ſcilicet ipſa calvariæ vel minimè, vel laxè tantùm alligata eſt, quatenus permultis irrigatur arteriarum propaginibus, quæ ipſam indeſinenti ſyſtoles, & diaſtoles motu concutiunt; ex quo fit, ut prædictum involucrum intra vertebrarum ſpecum indeſinenter quoque moveri conjiciamus, cùm illud, quemadmodum & craſſa meninx innumeris irrigetur arteriolis, quarum indeſinenti ſyſtoles, & diaſtoles motu neceſſariò concutitur, cùm nihil impediat; nam ſicuti craſſa meninx nec calvariæ ubivis firmiter adhæret, nec cerebrum ſtrictè ubivis ambit, & idcirco apta eſt, quæ ſanguinis illius, qui proprios ipſius intra ſinus, & arterioſos, quibus irrigatur, canales movetur, impulſu concutiatur: ſic etiam hoc, de quo nunc agimus, involucrum nec internæ vertebrarum cavitati ubivis adhæreſcit, nec medullam ſpinalem undiquaque proximè complectitur, unde fit, ut illud ſanguinis, qui intra arteriolas ipſum irrigantes perenni fluxu movetur, impulsûs ſuſcipiendi capax videatur.

CAP. I. *De membranis ſpinalis medullæ, in quo ipſarum munia explicantur.*

Exterioribus ſecundi medullæ ſpinalis involucri ſpectatis ac expenſis, ſi interiorum luſtrandorum gratiâ, illud à principio ad extremum uſque finem, circa anteriora per medium ſcindatur,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 182 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De membranis ſpinalis medullæ, in quo ipſarum munia explicantur.*

& ad latera utrinque reclinetur, interna conſpicitur illius ſuperficies, quæ lævisſima eſt, & tot ac tantis carnoſis fibris conſtat, ut carnis ſubſtantiæ modum, & colorem quadantenus æmuletur, ut ſuprà indicavimus. Præterea membranoſum necnon validum, licèt parvum, detegitur ligamentum, quod utrinque à craſſiore & validiore prædicti involucri parte oritur, quam ſcilicet arteriæ vertebrales calvariam ſubituræ permeant: hocce ligamentum, dum ſitum naturalem retinet, nervi figuram æmulatur, síque digitis, vel falcato quodam inſtrumento extrorſum trahatur, ita expanditur, ut venæ, vel arteriæ ſanguinis inanis formam induat: illud utriſque, poſterioribus nempe, & anterioribus nervorum ſpinalium principiis intermedium eſt, utrique lateri tertij medullæ ſpinalis involucri ſtricto nexu adhæret, & inferiora verſus tendendo, in quolibet intervallo principiorum nervorum ſpinalium exiguum, breve, & ſubrotundum utrinque ligamentum emittit, quod ſecundi, à quo ſuam ducit originem, medullæ ſpinalis involucri lateribus coaleſcit, ac demum circa eam ſpinalis ipſius medullæ partem, quæ intra ſuperiores lumborum vertebras continetur, partim in ſecundum, partímve in tertium medullæ ſpinalis involucrum deſinit.

Secundi ſpinalis medullæ involucri munia.

Secundum medullæ ſpinalis involucrum multiplicem præſtat uſum; inprimis ſpinalem ipſam medullam undiquaque obducit, ex quo fit, ut hæc ab interiori, ac prædura cavitatis vertebrarum ſuperficie non lædatur, dum ſpina flectitur; ſanguinis item ſpinalem eandem medullam irrigantis calidos halitus aliquandiu cohibet, ſimúlque impedit, ne frigus externum, quod ſpiritui animali & nervis maximè inimicum habetur, ad ipſam perveniat, & prodeuntium ex illa nervorum principia afficiat; denique producti in cinerea prædictæ ſpinalis medullæ ſubſtantia ſpiritûs animalis fluxui, per vim motûs ſui, quamdam addit velocitatem, eúmque ſpinales protrudit in nervos, quorum ſingulis communem tunicam exteriorem largitur. Vide *Tabulæ* XX. *figuram* I.

Quod ad membranoſum necnon parvum ligamentum attinet, quod ſecundi modò deſcripti medullæ ſpinalis involucri interioribus ac lateralibus à partibus oritur, illud ſecundi proprij ſpinalis ejuſdem medullæ involucri lateribus firmandis conducit: Et quoniam interventu exigui, brevis, & ſubrotundi cujuſdam ligamenti,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 183 sur 315

©BIU Santé

gamenti, cujus paulò ſuprà mentionem fecimus, ſecundum & tertium ſpinalis medullæ involucrum pluribus in locis ſimul connectuntur, ut antea diximus, ob eam connexionem prædictum ſecundum medullæ ſpinalis involucrum quemdam tertio motum communicat, quo tum ſanguinis ſpinalem medullam irrigantis, tum hoſpitantis in ipſa ſpiritûs animalis fluxum quadantenus urget.

CAP. I. *De membranis ſpinalis medullæ, in quo ipſarum munia explicantur.*

Tertium medullæ ſpinalis involucrum, quod ſecundum proprium nominamus, eſt membrana tenuis & pellucida piæ meningi continua, quæ medullam ſpinalem complectitur, quæque velut in fiſtulas diviſa albicantes ex ipſa ſpinali medulla prodeuntes fibrillas obducit, & in plures veluti faſciculos, nervorum nomine donatos congregat. Tertium iſtud involucrum ſtrictè in antica tantùm ſpinalis medullæ regione, ſuperſtrato ſibi involucro adhæret, & hæc adhæſio, quæ membranaceorum ligamentorum, & vaſorum quorumdam interventu fit, arctior paulò circa inferiora, quàm circa ſuperiora videtur. Idem quoque involucrum, quod piæ meningis productionem eſſe non ambigimus, vix à quarto ſibi ſubdito, in antica & lateralibus medullæ ſpinalis partibus, ſecerni poteſt: verùm in poſtica ſpinalis ejuſdem medullæ regione, ab eo facilè ſeparatur, dummodo ſpinalis medulla recèns è vertebris exempta fuerit: imò & à ſuperioribus lumborum vertebris ad quintam uſque oſſis ſacri vertebram, inſignem hunc fibrarum nervearum faſciculum, qui in aquam immiſſus caudæ equinæ figuram æmulatur, nonnihil laxè, & ſplendentis adinſtar laminæ cryſtallinæ cooperit, nerveíſque hujuſmodi fibris ſeſe interſerit, eáſque ab invicem diſtinguit. Vide *Tabulæ* XX. *figuras* II. & III.

Quid tertium medullæ ſpinalis involucrum.

Tertij medullæ ſpinalis involucri munia ſunt, ut vaſa ſpinalem ipſam medullam irrigantia ſuffulciat, & albicantibus ex illa prodeuntibus fibrillis tunicam impertiat, quam communem nervorum ſpinalium tunicam interiorem nominamus, ad differentiam illius, quam à ſecundo involucro mutuantur, quam ſuprà exteriorem nuncupavimus. Præterea id ipſum involucrum, de quo nunc agitur, impedit ne mollis ſpinalis medullæ ſubſtantia diffluat, & ne tum productus in ipſa, tum manans è cerebro ſpiritus animalis avolet.

Tertij ſpinalis medullæ involucri munia.

Tertio medullæ ſpinalis involucro, in antica & poſtica ſpinalis ipſius

©BIU Santé

CAP. I. *De membranis spinalis medullæ, in quo ipsarum munia explicantur.*

ipsius medullæ parte, secundùm longitudinem, per medium secto, & ad latera, quantùm fieri potest, utrinque reclinato, quartum, quod tertium proprium est, detegitur involucrum, antiquis Anatomicis ignotum, quod est membrana piæ meningi continua, tenuissima, ac pellucida, quæ medullam spinalem ubivis, immediatè, necnon strictè complexa, circa anteriora tantùm duplicatur, & in albam illius substantiam sese paululùm immergendo, ipsam ibi loci in duas veluti regiones distinguit, & ad cineream usque substantiam intus reconditam descendit. Præterea hæc minimas in fistulas divisa singulas albicantes ex ipsa medulla spinali prodeuntes fibrillas seorsim obducit; adeò ut fibrillæ medullares, quæ nervis spinalibus efformandis impenduntur, duplici, exteriori nempe & interiori velamine membranoso communi vestiantur, ac insuper ipsarum unaquæque peculiari tunicâ involvatur, ut *Capite primo Lib.* III. explicabitur. Vide *Tabulæ* XX. *figuras* II. & III.

Quid quartum medullæ spinalis involucrum.

Quartum medullæ spinalis involucrum, quod, habitâ connexionis, coloris, substantiæ modi, & structuræ ratione, piæ meningis productionem esse asserimus, tertio paulò crassius ac validius apparet. Istius medullæ spinalis involucri munia sunt, ut unà cum tertio impediat, ne mollis spinalis medullæ substantia diffluat, & hospitans in ipsa spiritus animalis avolet; præterea singulis medullaribus fibrillis spinali è medulla eductis, quibus scilicet tum antica, tum postica nervorum spinalium principia constant, peculiarem superinjicit tunicam, sicut modò diximus; adeò ut albicantes fibrillæ spinales in nervos abeuntes, sint quasi totidem distincti tenuissimi tubuli angustissimis meatibus donati, quos spiritus animalis pervadit.

Quarti spinalis medullæ involucri munia.

Quod ad parvum prædicti quarti medullæ spinalis involucri processum spectat, quem albam anticæ, spinalis medullæ, regionis substantiam in duas veluti provincias distinguere diximus, hic innumeras vasorum cineream spinalis ejusdem medullæ substantiam irrigantium propagines suffulcit. Vide *Tabulæ* XIX. *figuras* II. & III.

CAPUT

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 185 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De Vaſis ſpinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis.*

CAPUT II.

De vaſis ſpinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis.

VAſorum ſpinalem medullam irrigantium diſtributionem, è figurarum, quibus ipſa repræſentantur, explicatione quivis facilè intelligere poterit; quapropter hîc ipſorum origines tantùm indicabimus, ac ſubinde ſinus venoſos vertebrales in tranſcurſu deſcribemus.

Vaſis diverſi generis medulla ſpinalis irrigatur; etenim hæc ab arteriis vertebralibus, & à deſcendente aortæ trunco arterias recipit. Vide *Tabulæ* XVIII. *figuram* III. *& Tabulæ* XIX. *figuras* III. *&* IV. Emergentes verò ex ipſa venæ partim in ſinus venoſos vertebrales, & partim in canales venoſos deſinunt, quibus nempe intermediis, prædicti venoſi ſinus vertebrales cum venis vertebralibus, cum vena ſine pari, & cum aſcendente vena cava communicant. Vide *Tabularum* XVIII. *&* XIX. *figuras* I. *&* II. adeò ut refluus è medulla ſpinali ſanguis venoſi utriuſque ſinus vertebralis, venarum vertebralium, venæ ſine pari, & lumbarium interventu majores in venas, deſcendentem ſcilicet, & aſcendentem venam cavam exoneretur, uti inferiùs dicetur. Hîc notandum venit, quòd nos prædictam venam cavam, habitâ nempè ratione motûs ſanguinis quem devehit, ſupra cor, deſcendentem, & infra cor, aſcendentem nominamus.

Sinus venoſi vertebrales, quos cum bona venia Clariſſimi VVilliſij arterioſis nullis ſinibus ſociari dicimus, ſunt inſignes ductus duo venis non abſimiles, qui intra vertebrarum ſpecum continentur, nervíſque ſpinalibus ſubjacent. Vide *Tabulæ* XVIII. *figuram* I. Hujuſmodi autem ſinus venoſis è canaliculis è membranis medullam ſpinalem obducentibus, ex ipſamet medulla ſpinali & è vertebris emergentibus conflati ſunt, uti paulò ſuprà indicavimus, & hoc ipſum figuræ I. Tabulæ ſequentis explicatione clarè patebit.

Quid ſinus venoſi vertebrales.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 186 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De vasis spinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis.*

TABULA XVIII.

Tres continet figuras, quarum prima sinus venosos vertebrales exhibet: secunda verò, & tertia venas necnon arterias repræsentant, quæ posticam spinalis medullæ partem irrigant.

FIGVRÆ PRIMÆ EXPLICATIO.

A. A. A. A. *Venæ vertebrales abscissæ.*

b.b.b.b.&c. *Canaliculi venosi, qui sanguinem quem è cervice revehunt, in venas vertebrales exonerant.*

c. c. *Canales duo venosi è postica crassæ meningis parte emergentes, & in venas vertebrales in quas abeunt, quem regerunt sanguinem exonerantes.*

d. d. *Sinuum venosorum vertebralium propagines in venas vertebrales desinentes.*

e. e. e. e. &c. *Sinus venosi vertebrales.*

f. f. f. f. &c. *Canales venosi, quorum interventu sinus venosi vertebrales cum venis vertebralibus communicant.*

g.g.g.g. &c. *Canales venosi, quibus intermediis, inter sinus venosos vertebrales & venam sine pari communicatio habetur.*

h. h. h. h. *Canales venosi seu venæ lumbares, quarum interventu prædicti sinus venosi vertebrales cum ascendente vena cava communicant.*

1.1.1.1. &c. *Canaliculi venosi abscissi, qui in figura secunda, in qua explicantur, literis* b.b.b.b.&c. *designantur. Vide* figuram secundam.

2.2.2.2. &c. *Canaliculi venosi abscissi tum è primo, tum è secundo medullæ spinalis involucro emergentes, qui primò cum venosis canaliculis* 1.1.1.1. &c. *coëunt, ac deinceps in canales venosos* f. f. f. f. &c. *abeunt.*

3.3.3.3. &c. *Canaliculi venosi abscissi, qui in figura secunda, in qua explicantur, literis* c. c. c. c. &c. *designantur.*

4. 4. 4. 4. *Canaliculi venosi abscissi tum è primo, tum è secundo medullæ spinalis involucro emergentes, qui primò venosis canaliculis* 3.3.3.3. &c. *coalescunt, ac subinde in canales venosos* g. g. g. g. &c. *abeunt.*

5. 5. 5. 5. *Canaliculi venosi abscissi, qui in figura secunda, in qua explicantur, literis* d.d.d.d. *designantur.* Vide figuram secundam.

6. 6. 6. 6. *Canaliculi venosi abscissi tum è primo, tum è secundo medullæ spinalis involucro emergentes, qui primò cum venosis canaliculis* 5.5.5.5. *coëunt, & deinde in canales venosos, seu in venas lumbares* h. h. h. h. *abeunt.*

i. i. i. i. &c. *Canaliculi venosi secundum spinalis medullæ involucrum circa posteriora*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 187 sur 315

©BIU Santé

poſteriora laxo ambitu complectentes, qui utrinque in externum ſinuum venoſorum vertebralium latus deſinunt: proindéque venoſi hujuſmodi ſinus invicem communicant. CAP. II. De Vaſis ſpinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis.

7.7.7.7.7.7. &c. *Exigui ramuli venoſi, qui partim è primo, & partim è ſecundo ſpinalis medullæ involucro emergunt, & in canaliculos* i.i.i.i. &c. *abeunt.*

K.K.K.K. &c. *Canaliculi venoſi abſciſſi, qui in figura prima* Tabulæ XIX. *in qua explicantur, literis* b. b. b. b. &c. *deſignantur. Vide* figuram primam Tabulæ XIX.

L. L. L. *Canaliculi venoſi è multifori vertebrarum ſubſtantia, & ex antica parte primi medullæ ſpinalis involucri emergentes, qui utrinque in internum ſinuum venoſorum vertebralium latus deſinunt; venoſi autem iſti canaliculi invicem non coëunt, uti VVilliſio Clariſſimo viſum eſt.*

m. m. *Venoſæ quædam propagines in ſinus venoſos vertebrales deſinentes, & in ipſos, quem revehunt, ſanguinem exonerantes.*

FIGVRÆ SECVNDÆ EXPLICATIO.

A. A. *Vena ſpinalis poſtica circa ſuperiora craſſior, quàm par eſt, delineata, quæ ſanguinem, quem è canaliculis venoſis* e. e. e. e. &c. f. f. f. f. f. & g. g. g. g. &c. *recipit, in venoſos canaliculos* b. b. b. b. &c. c. c. c. c. &c. *& d. d. d. d. exonerat.*

b. b. b. b. &c. *Canaliculi venoſi in figura prima notis arithmeticis* 1. 1. 1. 1. &c. *deſignati, qui è poſtica & lateralibus ſpinalis medullæ partibus, ubi ſcilicet hæc intra vertebras cervicis continetur, emergendo, cervicis ejuſdem nervorum poſticis principiis intermiſcentur, & poſtquam ſecundum ſpinalis ejuſdem medullæ involucrum permearunt, cum canaliculis venoſis* 2. 2. 2. 2. &c. *coëunt, ac demum in canales venoſos* f. f. f. f. &c. *deſinunt, & in ipſos, quem revehunt, ſanguinem exonerant.*

c. c. c. c. *Canaliculi venoſi in figura prima notis arithmeticis* 3. 3. 3. 3. &c. *deſignati, qui è poſtica & lateralibus ſpinalis medullæ partibus, ubi nimirum hæc in vertebris dorſi includitur, emergendo, dorſi ejuſdem nervorum poſticis principiis interſeruntur, & ſecundo ſpinalis ejuſdem medullæ involucro tranſacto, canaliculis venoſis* 4. 4. 4. 4. &c. *coaleſcunt, & deinde in canales venoſos* g. g. g. g. &c. *abeunt.*

d. d. d. d. *Canaliculi venoſi in figura prima notis arithmeticis* 5. 5. 5. 5. *deſignati, qui è poſtica & lateralibus ſpinalis medullæ partibus, ubi nempe illa intra vertebras lumborum continetur, emergendo, ſuperiorum duorum nervorum iiſdem è vertebris lumborum exeuntium poſticis principiis intermiſcentur, & poſtquam ſecundum*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 188 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De Vasis spinalem medullam irrigantibus, eorúmque muniis.*

prædictæ medullæ spinalis involucrum permearunt, cum canaliculis venosis 6. 6. 6. 6. coëunt, ac deinceps in canales venosos, seu venas lumbares h. h. h. h. *desinunt.*

c. c. c. c. &c. *Canaliculi venosi, qui è plexibus ganglioformibus nervorum spinalium emergendo, posticis nervorum spinalium principiis interseruntur, & in venam spinalem posticam, in quam abeunt, quem regerunt sanguinem exonerant.*

f. f. f. f. f. *Canaliculi venosi postremorum trium nervorum spinalium postica principia concomitantes, & eum quem revehunt sanguinem in venam spinalem posticam, in quam desinunt, exonerantes.*

g. g. g. g. &c. *Canaliculi venosi admodum exigui ac numerosi, qui in venam spinalem posticam, in quam abeunt, arteriosum quem resorbent sanguinem exonerant.*

FIGVRÆ III. EXPLICATIO.

A. A. *Arteriæ vertebrales prope originem abscissæ.*

b. b. b. b. &c. *Arteriarum vertebralium propagines, quæ cervici prospiciunt.*

c. c. *Arteriarum vertebralium rami superiores ac exteriores, qui in posticam crassæ meningis partem inseruntur, ut videre est in* Tabulis I. II. & VII.

d. d. *Arteriarum vertebralium rami superiores ac interiores, qui in arteriam cervicalem* E. *abeunt.*

F. *Arteria spinalis antica abscissa.*

g. g. *Arteriarum* d. d. *rami duo abscissi, qui præterquam quòd plexui choroïdi, qui in quarto cerebri ventriculo reperitur, propagines quasdam impertiunt, posticam cerebelli partem irrigant.*

h. h. *Arteriarum* g. g. *ramuli duo, qui posticam abeunt in arteriam spinalem* m. m. m. m. *quæ circa eam medullæ spinalis partem, quæ intra inferiorum cervicis vertebrarum specum continetur, deorsum tendendo, ita gracilescit, ut sæpè sæpius ibi loci oculorum aciem fugiat.*

i. i. *Arteriarum vertebralium exiles propagines, quæ in posticam & laterales spinalis medullæ partes, circa illius originem inseruntur, si exiguos quosdam ipsarum surculos excipias, qui plexui choroïdæo, qui in quarto cerebri ventriculo reperitur, efformando impenduntur.*

i. i. i. i. &c. *Arteriæ interno è latere arteriarum vertebralium emergentes, quarum propagines superiores 2. 2. 2. 2. &c. posticis nervorum colli principiis interseruntur, & quibusdam emissis surculis, qui per posticam & laterales spinalis medullæ partes disseminantur, in arteriam spinalem posticam desinunt: inferiores verò propagines*

©BIU Santé

...um primo ſeu communi, tum ſe- CAP. II.


Tabula xix
folio. 149.
Figura prima
Figura II
Figura III
Figura IIII
Beaudeau sculpsit monsp.

©BIU Santé

gines 3. 3. 3. 3. &c. *abſciſſæ tum primo ſeu communi, tum ſecundo, ſeu primo proprio ſpinalis ejuſdem medullæ involucro proſpiciunt.*

K.K.K.K.&c. *Arteriæ ex deſcendente aortæ trunco emiſſæ, quarum propagines ſuperiores* 4. 4. 4. 4. &c. *poſticis nervorum dorſi principiis intermiſcentur, & quibuſdam emiſſis ſurculis, qui poſticam & laterales ſpinalis medullæ partes irrigant, in arteriam ſpinalem poſticam abeunt: inferiores verò propagines* 5. 5. 5. 5. &c. *abſciſſæ tum per primum, tum per ſecundum ſpinalis ejuſdem medullæ involucrum diſtribuuntur.*

L. L. L. L. *Arteriæ ex deſcendente aortæ trunco emergentes, & lumbares dictæ, quarum propagines ſuperiores* 6. 6. 6. 6. *duorum nervorum ſuperiorum, qui utrinque è duabus ſuperioribus lumborum vertebris exeunt, poſticis principiis interſeruntur, & quibuſdam emiſſis ſurculis, quibus poſtica & laterales ſpinalis medullæ partes irrigantur, in arteriam ſpinalem poſticam deſinunt: inferiores verò propagines* 7. 7. 7. 7. *abſciſſæ tum per primum, tum per ſecundum ſpinalis medullæ involucrum diſſeminantur.*

m. m. m. m. *Arteria ſpinalis poſtica, cujus propagines* 8. 8. 8. 8. &c. *poſticis nervorum ſpinalium principiis interſertæ versùs nervorum eorumdem plexus ganglioformes tendunt, eóſque ſubeunt: reliqui verò illius ſurculi numeroſiſſimi, nulliſque caracteribus deſignati poſticam ſpinalis medullæ regionem irrigant.*

9. 9. 9. 9. *Arteriæ ſpinalis poſticæ propagines, quæ ultimorum trium nervorum ſpinalium poſtica principia concomitantur.*

TABULA XIX.

Quatuor figuras continet, quarum prima & ſecunda venam ſpinalem anticam, tertia & quarta arteriam ſpinalem anticam exhibent.

FIGVRÆ PRIMÆ EXPLICATIO.

A. A. *Vena ſpinalis antica, quæ ſanguinem, quem è canaliculis venoſis* c. c. c. c. &c. d. d. d. d. d. & e. e. e. e. &c. *recipit, venoſos in canaliculos* b. b. b. b. &c. *exonerat.*

b.b.b.b. &c. *Canaliculi venoſi in figura prima* Tabulæ XVIII. *literis* K. K. K. K. &c. *deſignati, qui ex antica ſpinalis medullæ regione emergendo, anticis nervorum ſpinalium principiis intermiſcentur, & ubi ſecundum ſpinalis ejuſdem medullæ involucrum*

 permearunt,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 192 sur 315

©BIU Santé

CAP: II. *De vasis spinalem medullam irriganti-bus, eorúmque muniis.*

permearunt, utrinque in latus internum sinuum venosorum vertebralium inseruntur. Vide Tabulæ XVIII. figuram primam.

c. c. c. c. &c. *Canaliculi venosi, qui è plexibus ganglioformibus nervorum spinalium emergendo, anticis spinalium eorumdem nervorum principiis interseruntur, & in venam spinalem anticam, in quam desinunt, quem revehunt, sanguinem exonerant.*

d. d. d. d. d. *Canaliculi venosi ultimorum trium nervorum spinalium antica principia concomitantes, & in venam spinalem anticam desinentes.*

e. e. e. e. &c. *Canaliculi venosi admodum exigui & numerosi, qui ex antica spinalis medullæ parte emergendo, in venam spinalem anticam abeunt.*

FIGVRÆ SECVNDÆ EXPLICATIO.

A A. *Venæ spinalis anticæ truncus.*

b. b. b. b. b. *Canaliculi venosi minimi & numerosissimi, qui è cinerea medullæ spinalis substantia emergendo, tenuissimo processui membranoso spinalem ipsam medullam in duas veluti regiones distinguenti innituntur, & in venam spinalem anticam, in quam desinunt, quem regerunt sanguinem exonerant.*

FIGVRÆ TERTIÆ EXPLICATIO.

A. A. *Arteriæ spinalis anticæ truncus.*

b. b. b. b. b. *Canaliculi arteriosi minimi & numerosissimi, qui ex arteria spinali antica emissi, tenuissimo processui membranoso spinalem medullam in duas veluti regiones distinguenti innituntur, & in cinerea spinalis ipsius medullæ substantia terminantur.*

FIGVRÆ QVARTÆ EXPLICATIO.

A. A. *Arteriæ vertebrales prope originem abscissæ, quæ in arteriam cervicalem* B. *desinunt.*

c. c. c. c. *Arteriarum vertebralium rami tres, qui in arteriam spinalem anticam* d. d. d. d. *abeunt.*

e. e. e. e. &c. *Arteriæ spinalis anticæ ramuli, qui tenuissimis furculis* f. f. f. f. &c. *emissis, per anticam spinalis medullæ partem disseminatis, anticis nervorum spinalium principiis intermiscentur, & nervorum eorumdem spinalium plexus ganglioformes subeunt.*

g. g. g. g. g. *Arteriæ spinalis anticæ ramuli, qui ultimorum trium nervorum*

©BIU Santé

vorum ſpinalium antica principia concomitantur.

h.h.h.h.&c. *Canaliculi arterioſi admodum exigui & numeroſi, qui ex arteria ſpinali antica emiſſi, per anticam ſpinalis medullæ partem diſſeminantur.*

CAP. II. *De Vaſis ſpinalem medullam irriganti-bus, eorúmque muniis.*

Sinus venoſi vertebrales hunc præſtant uſum, ut refluum è medulla ſpinali, & vertebris ſanguinem admittant, eúmque venarum vertebralium, venæ ſine pari, & lumbarium, quibuſcum communicant, interventu majores in venas, deſcendentem ſcilicet, & aſcendentem venam cavam exonerent, uti ſuprà diximus; arteriæ verò, quibus prædictæ partes irrigantur, non tantùm ipſarum nutricatui proſpiciunt, ſed etiam producendi in cinerea medullæ ſpinalis ſubſtantia ſpiritûs animalis materiam ſuppeditant. Vide *Tabulæ* XIX. *figuram tertiam*: ac præterea ſpinalis ejuſdem medullæ poros blando ſanguinis, quem devehunt, calore intra debitos dilatationis fines continent, ut ipſos expeditè permeare poſſit ſpiritus animalis.

CAPUT III.

De Medulla ſpinali, ejúſque muniis.

PRiuſquam medullam ſpinalem deſcribamus, ſequentia nobis prælibanda videntur, ipſam nimirum utpote cerebro continuam, juxta Hippocratis & Galeni ſententiam, cerebri productionem, vel cerebrum oblongatum dici poſſe; Hippocrates enim ſectione tertiâ libri de carnibus, ſic habet. [Medulla etiam, quæ dorſalis appellatur, à cerebro ducitur &c.] Galenus verò *Lib.* XII. de uſu partium, *Cap.* XV. ſic loquitur. [Proinde in eo natura videtur admiranda, quòd tantam à cerebro produxerit medullam quanta maximè partibus omnibus infernis eſſet ſuffectura, atque cernitur tota in nervorum propagines conſumi, non aliter quàm arboris truncus in ramos quamplurimos.] Et inferiùs. [Cùm enim, inquit, ſpinalis medulla velut alterum quoddam cerebrum partibus omnibus, quæ ſunt ſub capite eſſet futura &c.]

Quanquam medulla ſpinalis juxta Hippocratis & Galeni mentem, cerebri productio, vel cerebrum oblongatum dici poſſit, ipſam tamen à cerebro produci exiſtimandum non eſt; una námque pars alterius cauſa dici nequit. Verùm hoc ita intelligi debet,

ſpinalem

©BIU Santé

CAP. III. *De medulla ſpinali, ejuſque muniis.*

ſpinalem nempe medullam & cerebrum eſſe partes conſimilibus è ſubſtantiis conflatas. Et hæc eſt vera Galeni mens, qui *Lib.* XIII, de uſu partium, *Cap.* VIII. ſic habet. [Cùm ſpinalis medulla quædam habeat cum cerebro communia, alia verò propria: in communibus quidem communem quoque habet conſtructionem: in propriis verò propriam ac diſcrepantem; ſunt autem ei cum cerebro communia, quòd corporis ſubſtantia ſit ſimilis, & nervorum etiam ſit principium, &c.] Galeno autem non aſſentiri non poſſumus, cùm ſpinalis medulla pariter ac cerebrum duplici, cinereâ nempe, & medullari ſubſtantiâ conſtet, nec aliud inter ſubſtantias, è quibus binæ hujuſmodi partes conflatæ ſunt, diſcrimen reperiatur, niſi quòd cinerea cerebri ſubſtantia, non modò totum exteriorem illius ambitum occupet (ſi medullæ oblongatæ baſeos partem aliquam excipias) ſed etiam, quòd illius portio quædam albæ cerebelli ſubſtantiæ, & albis jamjam memoratæ medullæ oblongatæ tractibus intermiſta ſit, ut *Lib.* I. *Cap.* X. XI. XII. & XIII. indicavimus; cùm è contra ſola medullæ ſpinalis, ſubſtantiis diſcriminis intereſt, ut iſta è vertebrarum ſpecu recèns extracta, illo paulò durior ſit. At ſi medulla ſpinalis, unà cum cerebro noctu aëri expoſita relinquatur, multò mollior evadit quàm cerebrum; adeò ut veluti diſſolvatur, & præ nimia mollitie, ferè adinſtar calidæ pulticulæ plano cuidam corpori effuſæ diffluat: quod albas, quibus conſtat, fibrillas, medullaris cerebri ſubſtantiæ fibrillis tenuiores, ac teneriores eſſe indicare videtur; ex quibus, haud dubiè, fit, ut alba medullæ ſpinalis in oleo coctæ ſubſtantia in fibrillas dividi nequeat, quin potiùs digitis tractata, velut in pulverem, facilè redigatur; licèt cerebri in oleo excocti medulla in tenues, è quibus conflatur, fibras dirimi poſſit, ſicut *Cap.* X. *Lib.* I. diximus. Verùm hæ diſcriminis rationes diſtinctas materiæ naturas non arguunt, nec impediunt, quominùs ſpinalis medulla, quam Hippocrates libro ſuprà citato impropriè medullæ nomine donari refert, cerebri productio, vel cerebrum oblongatum dici poſſit.

Hippocrates *lib. de carnibus Sect. III. Medulla etiam quæ dorſalis appellatur, à cerebro ducitur, & neque in ipſa multum pinguis, neque glutinoſi ineſt, non aliter, quàm cerebro, eámque ob causã neque medullæ nomine jure donatur, neque enim reliquorum oſſium medullæ ſimilis eſt, cùm ſola membranas habeat, quas alia medulla non habet, &c.*

His prælibatis dicimus medullam ſpinalem eſſe corporis partem cerebro continuam è duplici, albâ nempe ſeu medullari, & cinereâ, ſeu glandulosâ ſubſtantiâ conflatam, quæ venis & arteriis irrigata, & communi uno, triplicíque proprio obducta involucro, intra vertebrarum ſpecum continetur. Hæc cùm ad

Quid medulla ſpinalis.

motum

BIU Santé


Figura II.
folio 153
Figura III.
P
P
Q
Q
R
R
S
S
T
T
B
B
B
B
C
A
G
D
D
E
E
F
F
G
G

©BIU Santé

motum & ſenſum totius ſit neceſſaria, in triginta nervorum paria deſinit, quæ nervorum ſpinalium nomine donantur, quorum unuſquiſque duo habet principia, quæ tenuiſſimis, albis, & ab invicem diſtinctis pluribus fibrillis conſtant, per quas, totidem veluti per tubulos emiſſarios inſenſilibus meatibus donatos, tum manans è cerebro ſpiritus animalis, tum is qui in ipſa ſpinali medulla producitur, ad ſingulas corporis partes devehitur. Vide *figuras Tabulæ ſequentis.* Præter triginta nervorum paria, quorum jamjam mentionem habuimus, alij duo nervi ſpinali è medulla emergunt, quos inferiùs nervos ſpinales ad par vagum acceſſorios nominabimus. Vide *figuram ſecundam Tabulæ ſequentis.*

CAP. III. *De medulla ſpinali, ejuſque munijs.*

TABVLA XX.

Tres continet figuras, quarum prima medullam ſpinalem humanam ſecundo ſeu primo proprio involucro obductam, naturalem illius magnitudinem, & triginta, quæ ex ipſa prodeunt nervorum paria exhibet, ſecunda verò & tertia, poſtica & antica prædictorum nervorum principia repræſentant.

FIGVRÆ PRIMÆ EXPLICATIO.

A. A. *Medulla ſpinalis ſecundo, ſeu primo proprio involucro obducta, à cerebro ſejuncta, & è vertebrarum ſpecu exempta.*

B. B. B. B. &c. *Nervi ſpinales intra vertebrarum ſpecum, juxta utrumque ſpinalis medullæ latus reciſi.*

C. *Secundi medullæ ſpinalis involucri productio, quæ circa coccygem deſinit.*

FIGVRÆ SECVNDÆ POSTICA NERVORVM SPINALIVM PRINCIPIA REPRÆSENTANTIS EXPLICATIO.

A. A. *Cerebelli anteriora verſus reclinati pars poſtica.*

B. B. *Proceſſus vermiformis poſterioris dorſum.*

C. C. *Cerebelli portiones duæ juxta latera prædicti proceſſus vermiformis nonnihil prominentes.*

D. D. *Poſtica ſpinalis medullæ facies.*

E. E. *Nervi ſpinales ad par vagum acceſſorij è medullæ ſpinalis lateribus, ſubtus poſtica principia quarti nervorum ſpinalium pa-*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 198 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De medulla spinali, ejúsque munitis.*

ris, emergentes, quibus, ubi calvariam subeunt, fibrillæ quatuor superiores postici utriusque principij primi nervorum spinalium paris coalescunt.

F. F. *Nerveæ fibrillæ ex nervis spinalibus ad par vagum accessoriis emissæ.*

G. G. *Fibrillæ posticorum principiorum primi nervorum spinalium paris, quæ unà cum fibrillis* F. F. *& cum binis principiis anticis in figura tertia exhibitis, in primum par nervorum spinalium abeunt.*

H. H. *Fibrillæ duæ è medullæ spinalis lateribus ortæ, quæ sursum tendendo, in nervos spinales ad par vagum accessorios desinunt.*

I. I. *Fibrillæ duæ è medullæ spinalis lateribus prodeuntes, & unà cum fibrillis* H. H. *in nervos spinales ad par vagum accessorios desinentes.*

K. K. *Fibrillæ, quæ ex infima fibrilla posticorum principiorum secundi nervorum spinalium paris emergunt, & ad postica principia tertij spinalium eorumdem nervorum paris accedunt.*

L. L. *Fibrillæ, quæ superiori è fibrilla posticorum principiorum quarti nervorum spinalium paris ducuntur, & posticis principiis tertij spinalium nervorum paris coalescunt.*

M. M. *Fibrillæ, quæ ex infima fibrilla posticorum principiorum quarti nervorum spinalium paris emittuntur, & ad postica principia quinti nervorum spinalium paris accedunt.*

N. N. *Fibrillæ, quæ superiori è fibrilla posticorum principiorum sexti spinalium nervorum paris oriuntur, & posticis principiis quinti nervorum spinalium paris coalescunt.*

O. O. *Fibrillæ, quæ superiori è fibrilla posticorum principiorum septimi nervorum spinalium paris emergunt, & ad postica principia sexti nervorum spinalium paris accedunt.*

1.2.3.4.5.6.&c. *Postica nervorum spinalium principia, qualia in medulla spinali humana apparent, quæ pluribus constant fibrillis, quæ licèt simul coalescant; ubi scilicet in nervos abeunt, ab invicem distinguuntur, cùm ipsarum unaquæque, quemadmodum & fibrillæ principiorum anticorum, propriâ tunicâ obducatur, uti suprà dictum fuit; istorum autem principiorum nervorum septem* P. P. *&* Q. Q. *intermedia, intra septem cervicis vertebras continentur: duodecim quæ* Q. Q. *&* R. R. *interposita sunt, in duodecim dorsi vertebris includuntur: quinque* R. R. *&* S. S. *interjecta intra quinque lumborum vertebras*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 199 sur 315

©BIU Santé

T. T. *interjacent*, CAP. III. *De medulla ſpinali, ejuſque muniis.*

erior à principio uſ-
, & utrinque ad

equinam conſtituit
ta.

M SPINALIVM
LICATIO.

equinam conſtituit,
ta.
lia in medulla ſpinali
n diſtinctis conſtant,
coaleſcendo, ſpinales

à principio uſque ad
utrinque ad latera

n principia, quæ
invicem

medullæ ſpinalis.

igeſimi ſecundi, vi-
inti, vigeſimi ſex-
vigeſimi noni ner-
ta, quorum unum-
iâ tunicâ obductis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 200 sur 315

©BIU Santé


Tabula XXI
fo. 155
a
a
a
b
b
c
c
d
d
e
e
f
f
g
g
h
h
i
i
K
K
l
l
m
m
Beaudeau Sculpsit Monspm

©BIU Santé

tebras reconduntur : & ſex quæ S. S. *&* T. T. *interjacent, intra ſex oſſis ſacri vertebras continentur.*

P. P.
Q. Q. *Secundi ſpinalis medullæ involucri pars poſterior à principio uſque ad finem ſecundùm longitudinem ſecta, & utrinque ad*
R. R. *latera reclinata.*
S. S.
T. T.
V. V. *Extremæ medullæ ſpinalis partis, quæ caudam equinam conſtituit facies poſterior tenuiſſimâ membranâ cooperta.*

FIGVRÆ TERTIÆ ANTICA NERVORVM SPINALIVM PRINCIPIA REPRÆSENTANTIS EXPLICATIO.

A. A. *Antica ſpinalis medullæ facies.*
B. B. *Extremæ medullæ ſpinalis partis, quæ caudam equinam conſtituit, facies anterior, tenuiſſimâ membranâ obducta.*
1. 2. 3. 4. 5. 6. &c. *Antica nervorum ſpinalium principia, qualia in medulla ſpinali apparent, quæ fibrillis pluribus ab invicem diſtinctis conſtant, quæ cum principiorum poſticorum fibrillis coaleſcendo, ſpinales in nervos abeunt.*
C. C.
D. D. *Secundi medullæ ſpinalis involucri pars antica à principio uſque ad*
E. E. *finem ſecundùm longitudinem ſecta, & utrinque ad latera*
F. F. *reclinata.*
G. G.

TABVLA XXI.

Poſtica ac inferiora undecim nervorum ſpinalium principia, quæ ſcilicet caudam equinam conſtituunt, ab invicem diducta repræſentat.

a. a. a. *Facies poſterior infimæ partis albæ ſubſtantiæ medullæ ſpinalis.*
b. b.
c. c.
d. d. *Poſtica principia vigeſimi, vigeſimi primi, vigeſimi ſecundi, vi-*
e. e. *geſimi tertij, vigeſimi quarti, vigeſimi quinti, vigeſimi ſex-*
f. f. *ti, vigeſimi ſeptimi, vigeſimi octavi, & vigeſimi noni ner-*
g. g. *vorum ſpinalium paris ab invicem diducta, quorum unum-*
h. h. *quodque tenuiſſimis pluribus fibris propriâ tunicâ obductis*
i. i. *conſtat.*
k. k.
l. l.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 202 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De medulla spinali, ejusque muniis.*

m. m. *Trigesimi nervorum spinalium paris principia duo, posticum scilicet & anticum, quæ ex infima spinalis medullæ parte elongata componuntur.*

Medullæ spinalis munia.

Cùm medulla spinalis juxta Hippocratis & Galeni mentem nihil aliud sit, quàm cerebrum oblongatum, nullus esse videtur ambigendi locus, quin hæc eodem, quo cerebrum, latice nutriatur, & quin glanduloſa illius, quemadmodum & glanduloſa cerebri substantia spiritui animali producendo apta comparata sit. Productus autem in glanduloſa spinalis medullæ substantia spiritus animalis unà cum spiritu animali è cerebro manante, albam spinalis ejusdem medullæ substantiam, veluti quandam spongioſi corporis speciem pervadit; adeo ut hæc commune veluti conceptaculum sit, è quo spiritus animalis emergit, ut tenuissimas, quibus nervi spinales constant, fibras subeat, ac deinceps ad subjectas capiti partes deferatur, in quibus sensui, & motui peragendis inservit, imò & nutritionis operi perficiendo conducit. Ex quibus satis intelligitur, quòd subjectarum capiti partium universalis vel particularis paralysis, ipso licèt illæso cerebro, contingere potest, quemadmodum & illæsâ medullâ spinali, illam contingere posse *Cap.* XVII. *Lib.* I. diximus; albâ námque prædictæ spinalis medullæ substantiâ obstructâ, quam ob vitium vasorum ipsam irrigantium, (Vide *Tabularum* XVIII. *&* XIX. *figuras*,) aut vitium sanguinis, quem devehunt, utplurimùm obstrui putamus, spiritus animalis ad spinalium nervorum principia deferri nequit; ita ut illius obstructionem modò paralysis universalis, modò paraplegia tantùm excipiat, prout scilicet obstructio modò penitùs albam ipsius substantiam, modò dimidiam solùm ejus partem occupat.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 203 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De nervis in genere, eorúmque muniis.*

LIBER TERTIUS.

De Nervis.

CAPUT I.

De Nervis in genere, eorúmque muniis.

CErebri & medullæ ſpinalis deſcriptione abſolutâ, operæpretium eſt, ut nervos inde prodeuntes, opus ſanè arduum, & intricatum proſequamur, quod primus fuit laboris noſtri ſcopus, ut ſuperiùs declaravimus.

Nonnulli, duce Galeno VI. *Methodi*, *Cap.* IV. *ut &* XV. *de uſu partium*, *Cap.* I. tres nervorum ſpecies, ligamentoſam ſcilicet, tendinoſam, & nervoſam conſtituunt; Galenus enim corpora, quæ ab Hippocrate ligamenta nominantur, unà cum recentioribus temporis ſui Medicis, nervos colligantes vocat: corpora verò ex muſculis manantia, quæ Hippocrates tendines nuncupat, nervoſa corpora appellat. Nos hîc de tertia nervorum ſpecie agimus, quam ij conſtituunt nervi, qui è cerebro, & medulla ſpinali oriuntur.

Nervus eſt pars organica, diſſimilaris è tenuiſſimis pluribus fibris medullaribus conflata, quæ vel è cerebro, vel è medulla ſpinali prodeunt, ſimúlque coaleſcentes in album ac teres corpus abeunt, quod ubi extra calvariæ, aut vertebrarum ſpecum, piâ, craſsáque meninge obductum emerſit, multas in propagines dividitur, ut partes ſingulas animali, quem devehit, ſpiritu perfundat.

Organica pars dicitur nervus, quoniam organum eſt, quo ſpiritus animalis vehitur, eúmque in finem, peculiarem conformationem obtinet; mirúmque nemini videatur, quòd ipſum in partium diſſimilarium numerum aſcribendum eſſe, jamjam à nobis indicatum ſit, cùm is, quemadmodum & cerebrum, duplici membranâ tegatur, & albicante ſubſtantiâ conſtet, quæ

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 204 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De nervis in genere, eorumque muniis.*

pauca sanè apparet, præsertim dum nervi secundùm longitudinem scinduntur, propterea quòd ij, si primum, secundum, tertium, quartum, sextum, & septimum par excipias, è tenuissimis fibris componuntur, quarum unaquæque propriâ tunicâ obducitur, ex quo fit, ut dum nervi secundùm longitudinem scinduntur, uti modò diximus, medullaris eorum substantia, prædictas intra fibras, quasi totidem distinctos, ac perexiguos tubulos recondita lateat: quamvis hæc dum nervi ex transverso secantur, satis conspicua fiat.

Nec duplici tantùm, membranosâ nempe, & medullari substantiâ constat nervus, sed etiam vasa sanguifera admittit; arteriolas enim, & venulas medullaribus opticorum, & cruralium, tum anticorum, tum posticorum nervorum fibrillis interseri ocularì inspectione manifestè patet, dummodo secundùm longitudinem scindantur: imò si ex transverso secentur, ac deinceps digitis comprimantur, plures ex ipsis guttulæ sanguinis extillant, quod vasa sanguifera eorum constructionem ingredi certissimum indicium est. Præterea nervi quintæ, & octavæ conjugationis, nervi quoque spinales, si primum, vigesimum octavum, vigesimum nonum, & trigesimum par, necnon nervos ad par vagum accessorios exceperis, quemadmodum & uterque nervus intercostalis plexus quosdam exiguos tumores referentes habent, quos arteriolæ suis comitatæ venulis subeunt, uti in sequentibus explicabitur.

Tenuissimæ, quibus nervum constare diximus, fibræ, pro diversa muniorum suorum ratione, diversum substantiæ modum obtinent; etenim fibrillæ nervorum, qui sensui tantùm inserviunt, cujusmodi sunt olfactorij, optici, & auditorij molliores, cæterorum nervorum fibrillis teneriores sunt: quod ita à natura comparatum fuisse videtur; quoniam sensuum actus, vel nullâ, vel leviss imâ tantùm adhibitâ nervorum contentione producuntur, atque adeò tenuissimas fibras, à quibus, utpote spiritum animalem vehentibus, ipsorum productio pendet, duras esse necessum non fuit, cùm ipsæ, dum sua præstant munia, vel minimè, vel leviss imè tendantur, uti jamjam indicavimus: Verùm fibrillas nervorum, qui non modò sensuum actibus, sed etiam partium motibus edendis apti nati sunt, duriusculas esse oportuit, quandoquidem ubi partes moventur, musculi, quibus instruuntur, validos

©BIU Santé

lidos ſæpiſſime niſus edunt, quibus nerveæ ipſorum fibrillæ diu reniti non potuiſſent, ſi duritiem aliquam non obtinuiſſent, & hinc fit ut nervorum alij molles, & alij duri ſint: duri aut tenuioribus, & paucioribus, aut craſſioribus, & numeroſioribus fibrillis conſtant, propterea quæque vel parvi, vel magni ſunt, prout ſcilicet motibus peragendis inſerviunt, qui vel parvâ, vel magnâ adhibitâ contentione peraguntur, tertiæ, verbi gratiâ quartæ, & ſextæ conjugationis nervi, qui oculos movent, quemadmodum & auditorij duriores tenuibus, paucis, ſimúlque unitis è fibrillis componuntur, quoniam motus, quibus perficiendis dicati ſunt, parvam vim requirunt: at quintæ, octavæ, nonæ, & decimæ conjugationis nervi, ſicut ſpinales omnes, trigeſimo pari excepto, è craſſiuſculis numeroſis, circa origines ſuas ab invicem diſtinctis, & ſingulatim peculiari tunicâ obductis, proindéque durioribus fibrillis conflati ſunt, videlicet, quòd in partes inſerantur, quæ motus vehementiores obeunt.

CAP. I. *De nervis in genere, eorúmque muniis.*

Nervorum alij molles, & alij durij alij parvi, & alij magni ſunt.

Nullam ſanè ſive in olfactoriis, ſive in opticis, ſive in aliis corporis humani nervis manifeſtam cavitatem hactenus detegere potuimus; quamobrem ipſos inſenſilibus tantùm meatibus præditos eſſe aſſerimus; medullaris enim ſubſtantiæ, quam intra ſe recondunt, pori ità diſpoſiti ſunt, ut hæc in meacula deſinant, quæ è cerebro & medullâ ſpinali manans ſpiritus animalis ſubit; iiſque poſitis, valvulas, quas nonnulli nervorum interiora occupare autumant, fictitias eſſe concludendum eſt.

Nulla manifeſta cavitas nervis ineſt.

Nervis valvulæ nullæ inſunt.

Præcipuus nervi uſus eſt, ut unà cum defæcatiſſimo humore lymphatico, qui ſucci nervoſi nomine donari ſolet, manantem è cerebro, & medullâ ſpinali ſpiritum animalem ſingulis partibus diſtribuat, adeò ut ſenſui, motuíque ſecundariò ſaltem inſerviat, nimirum prout immediatis eorum organis, membranis ſcilicet, & muſculis, aut fibris muſcularibus ſpiritum animalem affundit; cùm igitur nervus ſenſûs tantùm ac motûs inſtrumentum ſit quatenus ſpiritum animalem diſpenſat, uti modò diximus, jam diu vulgata hæc quæſtio, videlicet utrùm ſenſorij, & motorij nervi ſint diverſi, non ad nervum, ſed ad ſpiritum animalem nervo delatum ſpectare videtur, quem *Cap.* XX. *Lib.* I. ubivis uniformem eſſe diximus, ejúſque uniformitas productione, & diſpenſatione illius mirum in modum confirmatur; eadem enim è materia, & eodem modo, in glanduloſa cerebri, cerebelli, medullæ oblongatæ, & medullæ

Nervi munia.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 206 sur 315

©BIU Santé

CAP. I. *De nervis in genere, eorumque muniis.*

medullæ ſpinalis ſubſtantia producitur, atque ex ipſa emergens ubivis uniformem partium prædictarum ſubſtantiam medullarem ſubit, ac demum nervos ingreditur, in quibus ipſius natura minimè immutatur; cùm unus & idem nervus, ideò modò ſenſui tantùm edendo, modò ſenſui, motuíque perficiendis inſerviat, quòd pluribus partibus diversâ ſtructurâ donatis ſpiritum animalem affundat, ut in ſequentibus explicabitur. Quæ cùm ita ſint, diverſæ actiones animales nec in nervis, nec in ſpiritu animali diverſitatem arguunt.

Actionum animaliū diverſitas à diverſa organorum ſtructura pendet.

Nervos ferè omnes plexus quoſdam habere diximus, quos utpote exiguorum tumorum æmulos, gangliones nuncupamus, qui è nerveis fibris, arteriolis, & venulis, piâ craſſáque meninge involutis contexuntur, eorúmque alij majores, & alij minores ſunt. Vide *Tabulas* XXIII. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII. Nerveæ majorum fibræ carnoſarum fibrarum tum colorem, tum ſubſtantiæ modum quadantenus æmulantur; hujuſmodi autem ganglionum præcipuus uſus eſſe videtur, ut nervos, in quibus veluti nodi in caudicibus arborum fruticantium excreſcunt, firment; ſecùs enim ipſorum trunci debiliores evaderent, ubi ſcilicet in plures ramos, diverſas partes adituros dividuntur, atque adeo propter magnas quas patiuntur contentiones, dum partes in quas inſeruntur, motibus violentis cientur, frangerentur: imò forſan muniis ſuis obeundis minùs apti forent.

Vaſorum nervos ſubeuntium munia.

His de nervo in genere prælibatis, quædam de muniis vaſorum, quæ conſtructionem illius ingrediuntur, exponenda ſunt, atque ita arteriolarum, & venularum, quæ fibrillis, quibus nervi conſtant, interſeruntur, vel ipſis extrorsùm capillaceis finibus adhæreſcunt, præcipuum uſum eſſe dicimus, ut eorum tunicas nutriant, quemadmodum vaſorum membranas cerebrum, & medullam ſpinalem involventes irrigantium, primarium munus eſt, ut ipſis ſuccum alibilem ſuppeditent. Sanguiferos ductus nervorum conſtructionem ingredientes, illorum tunicas nutrire jamjam diximus, ut medullares ipſorum fibrillas defæcatiſſimo ſucco lymphatico, è glandulosâ cerebri, & medullæ ſpinalis ſubſtantiâ manante nutriri intelligatur; etenim illæ eodem aluntur latice, quo alba dictarum partium ſubſtantia alitur, utpote quæ meræ illius productiones ſunt.

Præterea arteriolæ, & venulæ nervorum, maximam partem, interiora

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 207 sur 315

interiora occupantes, vel ipſis extrorsùm proximè adjacentes, blando calore ſanguinis, quem devehunt, inſenſiles eorum meatus intra debitos dilatationis fines retinent, quò nempe nutritius illorum ſuccus ritè diſtribuatur, ſpiritúſque animalis ipſos facilè ſubeat, & animali ipſi ſpiritui robur aliquod addunt, cujus ope ſeſe faciliùs explicat, ſenſuúmque actibus, necnon partium motibus edendis aptior exiſtit. Neque dubitet aliquis, quin ſanguiferi ductus, fibrillarum, quibus nervi conſtant, interſtitia ſubeuntes, imò & ij qui proximè ipſis adjacent, ſuprà memorata munia præſtent, cùm partes, ubi ſanguinis affluxu deſtituuntur, illico paralyſi affligantur, ut ſequenti experientiâ comprobatur. Canis abdomine aperto, ſi deſcendens aortæ truncus valido ſtringatur vinculo protinus ſubjectæ diaphragmati partes, ob caloris vitalis eclipſim, paralyſi laborant, ſublatóque vinculo, atque adeò ſanguini libero commeatu reddito, eædem partes tum ſenſum, tum motum recuperant. Quibus poſitis nullus eſſe videtur ambigendi locus, quin nervorum affectus, qui utplurimum à cerebri, aut medullæ ſpinalis labe pendent, à vitio vaſorum, quibus ſociantur, aut à depravata craſi ſanguinis, quem ejuſmodi vaſa devehunt, ſæpiſſime pendeant.

CAP. I. *De Nervis in genere, eorúmque munitis.*

Demum circa nervos hoc notandum ſupereſt, eos ſcilicet è calvaria, & è vertebris emergendo, craſſæ meningis interventu, foraminum, per quæ tranſeunt, marginibus adeò arctè adhærere, ut vix forti manu ab ipſis ſeparari poſſint, quod ad hunc modum provida comparavit Natura, ne in convulſione, & convulſivis, aut aliis quibuſvis motibus violentis, teneræ illorum fibrillæ dirumpantur, & à cerebro aut medullâ ſpinali avellantur.

Decem è cerebro, & triginta è medulla ſpinali prodeunt nervorum paria, adeò ut ſi nervos intercoſtales, partim è quinta, & partim è ſexta conjugatione originem ſuam ducentes, & nervos ſpinales, ad par vagum acceſſorios, pro paribus duobus habeamus, quadraginta & duas nervorum conjugationes numeremus, quas in ſequentibus eâ ſerie, quâ in corpore humano diſponuntur, ſingulatim deſcribemus.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 208 sur 315

©BIU Santé

CAP: II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primũ interna baseos calvariæ foramina describuntur.*

CAPUT II.

De prioribus quatuor nervorum conjugationibus intra cranium oriundis. In quo primùm interna baseos calvariæ foramina describuntur.

Foraminum baseos calvariæ descriptio.

PRæter magnum ossis occipitis foramen medullæ spinali, arteriísque vertebralibus aditum præbens, & exigua ossis ethmoidis foramina, per quæ nervi utriusque olfactorij fibrillæ, nasum ingressuræ transeunt, paria decem in calvariæ basi reperiuntur, quæ ab interioribus illius ad exteriora pertingunt, si par septimum exceperis; decem enim utrique illius lateri incisa sunt, quæ nervis adjacentes, vel subjectas capiti partes adituris, arteriis carotidibus, sinibus lateralibus, sinibus inferioribus sellæ equinæ adjacentibus & venis vertebralibus commeatum præbent.

Primum par internorum baseos cranij foraminum paulò supra sellam equinam, videlicet juxta processus internos anteriores ossis sphœnoidis, situm obtinet, nervósque opticos admittit.

Secundum ostio oblongo, & quasi lacerato donatum, primo subditum est, & præter ramos minores superiores nervorum quintæ conjugationis, atque nerveos furculos in *Tabula* XXII. *literis q. q.* designatos, nervos tertij, quarti, & sexti paris excipit.

Tertium ponè secundum collocatur, ipsúmque rami minores inferiores nervorum quintæ conjugationis externas capitis partes adituri subeunt.

Quartum geminos sinus ossibus, petroso & cuneiformi incisos constituit, per quos arteriæ carotides calvariam ingressuræ, & binorum nervorum intercostalium trunci ex ipsa emersuri transeunt.

Quintum juxta latera externa jamjam memoratorum sinuum constituitur, & ramos majores posteriores nervorum quintæ conjugationis recipit.

Sextum rotundum, cæterísque minus ponè quintum situm est, & binis arteriarum carotidum propaginibus, quibus crassa meninx irrigatur, necnon venis duabus in venas jugulares internas abeuntibus aditum præbet.

Septimum ossibus petrosis insculptum est, & nervi utriusque auditorij truncos intra se recondit.

Octavum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 209 sur 315

©BIU Santé

Octavum, Septimo ſubjicitur, & octavum nervorum par, nervos ſpinales ad vagum ipſum par acceſſorios, ſinus laterales, necnon ſinus inferiores ſellæ equinæ adjacentes, in venas jugulares internas deſinentes admittit. CAP. II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primùm interna baſeos calvariæ foramina deſcribuntur.*

Nonum, Infra octavum conſtitutum eſt, & nonam nervorum conjugationem excipit.

Demum *par decimum*, infernæ ac internæ parti marginum octavi paris inciſum, ſitum noni paris ſitu paulò ſuperiorem obtinet & venas vertebrales è ſinibus lateralibus emergentes intromittit.

Pleraque alia exigua foramina, præter ſuprà recenſita, in calvariæ baſi obſervantur, quæ ab interioribus illius ad exteriora non pertingunt, quoniam vaſis admittendis dicata ſunt, quæ in interiori illius ſubſtantia terminantur, cui ſcilicet nutricatûs materiam ſuppeditant.

Primam nervorum, qui intra cranium oriuntur conjugationem nervi olfactorij, vulgò proceſſus mammillares dicti, conſtituunt, videlicet, quòd ante cæteros omnes, originem ſuam habeant; etenim illi pluribus fibrillis medullaribus conſtant, quarum aliæ è poſticis, aliæ ex anticis baſeos cerebri lobis, & aliæ è tractibus albis è media ovalis centri regione eductis emergunt: atque adeò ipſorum radices, quæ latè diffunduntur, cæterorum è cerebro prodeuntium nervorum radicibus anteriores ſunt. Vide *Tabulas* IV. & V. Nervorum primæ cõjugationis deſcriptio

Medullares nervi utriuſque olfactorij fibrillæ cùm primùm è ſuprà memoratis baſeos cerebri partibus emerſerunt, ſimul coaleſcunt, & utrinque in album ac molle corpus abeunt, quod piâ meninge inveſtitur, & ad calvariæ anteriora exporrigitur; iſtiuſmodi autem nervi, qui in homine circa mediam ſui partem, quadantenus rotundam figuram, & minorem quàm alibi molem habent, cùm ad latera proceſſus criſtæ galli nomine donati pervenerunt, ubi in homine ſubalbi, in ove, vitulo, & pleriſque aliis animalibus ſubalbocinerei apparent, tenellulas plures in fibrillas dividuntur, quæ ut extra calvariæ ſpecum emergant, per exigua tranſeunt foramina, quæ oſſi ethmoidi juxta criſtam galli inciſa ſunt: vide *Tabulæ* XVII. *figuram* I. & piâ craſſâque meninge obductæ nares ſubeunt, ubi in tenui, ac papilloſa carne terminantur quæ membranæ pituitariæ productione pluribus exiguis foraminibus diſtinctâ tegitur, & prædicti oſſis ethmoidis parti cribri adinſtar perforatæ ſubjicitur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 210 sur 315

©BIU Santé

CAP. II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primùm interna baseos calvariæ foramina describuntur.*

Nervos olfactorios, qui vulgò processus mammillares dicuntur, non modò pleriſque in brutis, ſed etiam in homine cavos esse asserit experientissimus Diemerbroeckius, *Anatomes Lib.* III. *Cap.* VIII. propterea aque ipsos non nervos, sed tantùm ductus esse dicit, quibus pituitosa excrementa ex anterioribus cerebri ventriculis derivata vehantur, quæ deinceps per fictitios exiles tubulos (propagines enim processuum mammillarium, piâ crassâque meninge obductas pro tubulis peculiaribus habuit) in fungosas narium carnes apertos, in narium ossa spongiosa, parte superiore naribus inhærentia transmittantur. Verùm hæc opinio à vero prorsus aliena videtur ; nam præterquam quòd in confirmato hydrocephalo, in quo ventriculi cerebri seroso ab humore supra modum distenduntur, aquæ, per suprà memoratos nervos olfactorios, in nares sibi viam facturæ nullum apparet stillicidium, ejusmodi nervos, etiam in recentioribus cadaveribus humanis sensibili cavitate præditos nunquam deprehendimus, eósque in homine in anteriores cerebri ventriculos aperiri falsum esse asserimus ; proindéque prædictus usus ipsis minimè convenire potest ; atque ita processus mammillares in numerum nervorum ascribendi sunt ; cùm illi quemadmodum & reliqui nervi medullaribus pluribus fibrillis è cerebro prodeuntibus constent, albi, & rotundi, aut saltem subrotundi sint, & è calvaria emergendo, in plures propagines piâ crassâque meninge obductas dividantur. Cur autem nervi olfactorij in ove, vitulo, & pluribus aliis animalibus cavi, & majores quàm in homine sint, docet Clarissimus VVillisius *Anatomes cerebri Cap.* XXI.

Nervi utriusque olfactorij propagines, in tenui ac papillosa carne, ossis ethmoidis parti cribri adinstar perforatæ, subjecta terminantur, ut suprà diximus, ex quo fit, ut papillosa hæc caro, pro sensûs olfactûs organo habenda sit.

Olfactûs organum designatur.

Hæc opinio nullum sanè dubium pati videtur, nam præterquam quòd nervi olfactorij ad membranam narium interiora obducentem, quæ vulgò pro olfactûs instrumento habetur, non porriguntur, hæc ob nimiam crassitiem suam, & pituitosos, quibus utplurimùm imbuitur, succos, rerum odoriferarum exhalationibus vix commovetur, adeóque olfactui inservire nequit ; præterea si illa olfactûs organum esset, sine inspiratione, odorum perceptio fieri posset, cùm ipsâ licèt intermissâ, aërem

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 211 sur 315

©BIU Santé

aërem ſpirituoſis odoriferæ cujuſvis rei effluviis impræ̃gnatum nares ſubire nemo neſciat : attamen ſine inſpiratione, vix ullum odorem percipi experientiâ conſtat, quamvis ipſæ res odoriferæ naſo propiùs admoveantur ; quoniam ut odorum perceptio fiat, non modò neceſſum eſt, ut perpetim decidua è rebus odoriferis corpuſcula ab ipſo naſo velut camino quodam excipiantur, ſed etiam ut inſpirationis ope, quodam cum niſu, in membranam narium ſuperiora occupantem impingant, quò ſcilicet exigua foramina, quibus diſtincta eſt, permeare, & ad ſuprà memoratam papilloſam carnem pervenire poſſint, cujus ſcilicet nerveos funiculos & hoſpitantem in ipſis ſpiritum animalem commoveant, adeò ut pro diverſis rationibus, quibus nervei papilloſæ ejuſmodi carnis funiculi, & hoſpitans in ipſis ſpiritus animalis, à minimis, quibus rerum odoriferarum exhalationes conſtant, corpuſculis, velut totidem aculeolis afficiuntur, diverſæ in anima odorum perceptiones, ex naturæ inſtituto, excitentur.

CAP. II. *De priori-bus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primũ interna baſeos calvariæ foramina deſcribuntur.*

Olfactûs ratio explicatur.

Demum circa nervos olfactorios hoc notandum ſupereſt, eos ſcilicet exilibus quibuſdam vaſis ſociari, quæ unà cum fibrillis ipſorum è calvariæ ſpecu emergunt, & in narium hæmorrhagiis ſanguinem aliquando ſuppeditant. Vide *Tabulæ* XVII. *figuram* I.

Secundæ conjugationis nervi, qui vulgò optici dicuntur, & latè diffuſam originem habent, medullaribus è fibrillis, albam, tenuem, mollémque membranam, medullæ oblongatæ cruribus ſuperſtratam conſtituentibus ; vide *Tabulam* IX. & albis quibuſdam tractibus è poſtica parte prædictorum medullæ oblongatæ crurum emergentibus componuntur ; medullares enim ejuſmodi fibrillæ, & albi tractus, ex anterioribus cerebri ventriculis emergendo, in utroque medullæ oblongatæ latere, in ſeſe invicem inclinantur, ut *Lib.* I. *Cap.* XI. diximus, atque adeo alba duo corpora, nervorum opticorum nomine donata efformant, quæ tractus albos, quibuſcum coaleſcunt, è media, ovalis centri regione eductos ambitu ſuo complectuntur, circa anticam infundibuli partem ſimul uniuntur, quin ſeſe mutuò cruciatim interſecent, ſimúlque confundantur, & paulò poſt ab invicem ſejuncta, è calvaria per primum par foraminum ipſius baſi inciſorum emergunt, & oculorum orbitas ſubeunt. Vide *Tabulas* IV. V. IX. X. & XIV.

Nervorum ſecundæ conjugationis deſcriptio.

Ubi nervi optici, quorum interior ſubſtantia ultra mutuum ipſorum coalitum nonnihil cinerea apparet, oculorum orbitas ſubeunt,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 212 sur 315

©BIU Santé

Cap. II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primùm interna baſeos calvariæ foramina deſcribuntur.*

medullares eorum fibrillæ, quibus ſanguiferi ductus in retina deſinentes interſeruntur, utrinque homologæ, necnon parallelæ paululùm indureſcunt, ac demum circum humorem vitreum expanſæ, tenellulam in tunicam, quæ retina dicitur, abeunt, quemadmodum craſſæ, piæque meningis productiones, quibus inveſtiuntur, in ſcleroticam, & uveam deſinunt.

Nervei quamplurimi funiculi partim è tertio, & partim è quinto nervorum pari emiſſi nervorum opticorum truncos ambiunt, & circumligant, ac in tunicas illorum, vel in binas oculorum tunicas, ſcleroticam nempe, & uveam inſeruntur, & hinc fit, ut in convulſivis ipſorum oculorum motibus, viſus debilis fiat, ac perturbetur, imò & in forti convulſione penitus aboleatur, prout ſcilicet ſuprà memorati nervei funiculi in prædictis affectibus, pro diverſa ratione, quâ nervos opticos ſtringunt, excurrenti intra medullares ipſorum fibrillas ſpiritui animali, modò ex parte tantùm, & repetita per intervalla, modò penitus, & ſine aliqua temporis intercapedine aditum intercludunt.

Vaſa quædam ſanguifera in tunicas nervorum opticorum inſeruntur, iiſque nutricatûs materiam ſuppeditant: alia verò, quæ in retina terminantur, medullaribus, quibus ejuſmodi nervi conſtant, fibrillis intermiſcentur, ut ſuprà innuimus, & blando ſanguinis quem devehunt calore inſenſiles earum meatus intra debitos dilationis fines retinent, quò nutritius illarum ſuccus, ut par eſt, diſtribuatur, ſpiritúſque animalis ipſas facilè permeet, cui hæc eadem vaſa robur aliquod addunt, ut viſionis operi ritè perficiendo ſufficiat, videlicet dum radij lucis intra humores oculi refracti in retinam, quæ viſûs organum habetur, impingendo, non modò tenellulas, è quibus expanſis conflatur, fibrillas, ſed etiam hoſpitantem in ipſis ſpiritum animalem commovent, cujus interventu motus quivis viſibilibus ab objectis retinæ impreſſus communi ſenſorio communicatur, ubi ex ipſius occaſione, pro diverſis viſibilium affectionibus, diverſæ in anima, ex inſtituto ſupremæ intelligentiæ, luminis, aut coloris perceptiones excitantur.

Viſûs organum deſignatur. Generalis viſûs ratio explicatur.

Sanguiferos ductus medullarium, quibus nervi optici conſtant, fibrillarum exigua interſtitia occupantes ſpiritus animali eaſdem fibrillas permeanti robur aliquod addere paulò ſuprà diximus, quò nempe faciliùs & perfectiùs viſionis opus peragat, ut viſûs imbecillitatem, quin etiam & omnimodam ipſius privationem ab obſtructione

©BIU Santé

ctione ſanguiferorum eorumdem ductuum, vel à prava craſi vitalis, quem devehunt, laticis, aliquando pendere intelligatur.

Cap. II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primùm interna baſeos calvariæ foramina deſcribuntur.*

Cæterùm hîc unum notandum venit, nimirum quòd nervis opticis, & tractibus albis è media ovalis centri regione eductis, quâ parte ſimul coaleſcunt, nulla piæ meningis productio interjicitur, atque adeò nihil impedit quominus per ſuprà memoratos tractus albos ex ovali centro, manantis ſpiritûs animalis pars aliqua in nervorum opticorum truncos viam ſibi faciat, ut *Lib.* I. *Cap.* XIX. innuimus; proindéque nemini mirum videatur quòd ferè nunquam viſus aboleatur in paralyſi partium capiti ſubjectarum, quæ ab obſtructione tractuum alborum medullæ oblongatæ crura ſubeuntium dependet, in qua ſemper valdè debilis fit, quoniam in ipſa medullares fibrillæ quibus nervi optici conſtant, ex parte ſaltem obſtructæ ſunt.

Nervorum tertiæ conjugationis deſcriptio.

Tertiæ conjugationis nervi oculorum motibus edendis dicati, ponè infundibulum è baſi medullæ oblongatæ prodeunt, & medullaribus fibrillis ſimul unitis conſtant, quæ ex albis tractibus è media ovalis centri regione eductis ſemper emergunt. Vide *Tabulam* XIV. quanquam aliquando è ſuperna proceſsûs annularis parte emergere videantur, dum ſcilicet juxta ipſam exoriuntur, uti quandoque accidit. Vide *Tabulas* IV. & V. Iſti nervi, licèt in *Tabulis* IV. V. & XIV. ab invicem ſeparati repræſententur, circa origines ſuas ſimul coaleſcunt, (hinc proculdubio fit, ut uno oculo moto, alter quoque moveatur) móxque ſejuncti, anteriora versùs tendendo, receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita permeant, vide *figuram* I. *Tabulæ* XVII. & unà cum nervis patheticis, ramis minoribus ſuperioribus nervorum quintæ conjugationis, & ſexto pari, per ſecundum par foraminum cranij baſi inciſorum tranſeunt; & oculorum orbitas ſubeunt, ubi primò ramulum unum emittunt, qui utrinque in plures fibras dividitur, quarum aliæ in muſculum palpebram ſuperiorem ſurſum trahentem, & aliæ in muſculum attollentem oculi inſeruntur: deinceps uterque ſecundæ conjugationis nervus, exilibus quibuſdam fibris emiſſis, quæ unà cum fibrillis in *Tabula* XXII. *literâ h.* deſignatis unum veluti plexulum efformant, in binos ramulos, *interiorem* nempe, ac *minorem*, & *exteriorem* ac *craſſiorem* dirimitur: *interior* adducentis muſculi principium ſubeundo, plures in fibrillas ſtatim dividitur, quæ per ipſum diſſeminantur: *exterior* verò, poſtquam ex interno latere

©BIU Santé

Cap. II. *De prioribus quatuor nervorum cõjugationibus. In quo primùm interna basèos calvariæ foramina describuntur.*

latere suo surculos quosdam emisit, qui musculi deprimentis originem penetrant, & per ipsum distribuuntur, in medium ventrem musculi inseritur, qui oculum inferiora versus obliquè circunducendo, ipsum ad angulum internum inflectit. Circa tertiæ, quemadmodum circa quartæ, & sextæ conjugationis nervos hoc notandum est, ipsos nimirum, intra calvariam, sanguiferis nullis ductibus sociari, quod nervum, non ex arteriis, sed è cinerea cerebri substantia nutricatûs sui materiam immediatè depromere, mirum in modum confirmat, ut capite præcedenti explicuimus.

Nervorum quartæ conjugationis descriptio.

Quartæ conjugationis nervi, *pathetici* vulgò dicti, quòd musculi, quibus prospiciunt, suos potissimùm in animi pathematis motus edant, ponè protuberantias *testium* nomine donatas è processibus medullaribus à cerebello ad ejusmodi protuberantias, oriuntur, vide *Tabulas* IX. X. XII. & XIII. unde ad anteriora, juxta latera medullæ oblongatæ deflexi, statim postico duræ matris processui subjiciuntur, & anteriora versus tendendo, ipsammet duram matrem, intra quam aliquandiu reconduntur, penetrant, & ex ipsa emergendo, unà cum ramis minoribus superioribus nervorum quinti paris, quibus incumbunt, & adhærent, receptacula sellæ equinæ lateribus apposita prætergrediuntur, oculorúmque orbitas ingressi, in musculos trochleares dictos inseruntur, qui oculos superiora versus trahendo, & circumagendo, ipsos ad angulos internos inclinant. Vide *figuram* I. *Tabulæ* XVII.

CAPVT III.

De quinta, sexta, ac septima nervorum conjugatione.

EQuatuor, præcedenti capite, descriptis nervorum conjugationibus, priores duæ sensui tantùm, & binæ posteriores sensui, motuíque inserviunt, earúmque unaquæque peculiari solummodo provinciæ prospicit: at quæ proximè succedit, quinta nempe nervorum conjugatio, præterquam quòd gustui famulatur partium diversarum tactui, ut & motui edendo, dicata videtur, & hæc non modò ad oculos, nares, palatum, linguam, dentes, & reliquas, tum oris, tum faciei partes exporrigitur, sed etiam propagines singulis intra pectus, & infimum ventrem reconditis partibus impertitur, uti Clarissimus VVillisius *Anatomes cerebri Cap.* XXII. notavit, imò & ad extremos usque pedes descendit, quatenus ex ipsa, partim saltem bini

©BIU Santé

bini prodeunt nervi, intercoſtales dicti, qui nervis cruralibus poſticis unam utrinque propaginem largiuntur, quæ unà cum ipſis in pedibus deſinit. Vide *Tabulas* XXIII. & XXIX.

CAP. III. *De quinta, ſexta ac ſeptima nervorum conjugatione.*

Iſta nervorum conjugatio, quam habitâ poſitionis ratione, quintam numeramus, truncis amplis è lateribus proceſsûs à cerebello ad medullam oblongatam oritur. Vide *Tabulas* V. XIV. XV. & XVII. Hæc pluribus quidem fibris conſtat, quarum aliæ ſunt molles, aliæ duriores, & aliæ ab aliis facilè ſeparari poſſunt, licèt ſimul colligatæ ſint, adeò ut uterque illius caudex prope originem nihil aliud ſit, quàm faſciculus plurium nervulorum, qui in diverſas partes inſeruntur, ac in quibuſdam ſenſûs tantùm, & in reliquis ſenſûs, motúſque munia exequuntur, videlicet prout ipſis ſpiritum animalem affundunt.

Nervorum quintæ, conjugationis deſcriptio.

Quintæ conjugationis nervos, interdum, juxta ipſam originem in duos truncos diviſos, craſſa meninx inveſtit, ſtatim atque os petroſum utrinque ſuperſcanderunt, eóſque in foveola, velut ſacculo recondit, quem ipſamet in utroque calvariæ latere, ponè receptacula ſellæ equinæ lateribus appoſita efformat, ubi inſignem in plexum ganglioformem abeunt, quem arteriolæ ex arteriis cervicalibus emiſſæ, venulis in ſinus laterales deſinentibus comitatæ ſubeunt. Vide *Tabulæ* XVII. *figuram* I. & *Tabulam* XXII. Ganglioformis autem hujuſmodi plexus, craſſæ meningis interventu, oſſi petroſo utrinque firmiter adhærentis, nerveæ fibrillæ, quæ, maximam partem, carnoſas fibras referunt, ſimul coaleſcendo, inter ſe variè colligantur, ac implicantur, quod à natura ità comparatum fuiſſe videtur, non modò ut ſuprà memorati nervi, in magnis mandibulæ inferioris motibus, ruptionis periculum non ſubeant, ſed etiam ut inter diverſas partes, quibus proſpiciunt, ſympathia, ſeu actionum conſenſus quidam habeatur; iſta námque nervorum communio cauſa eſt, cur olfactus & viſus, palato lenocinando, ſalivam moveant, & cur juxta varios qui in cerebro excitantur motus, reliqua corporis membra, ac potiſſimùm præcordia diverſimode afficiantur, quemadmodum *Lib.* I. *Cap.* XX. innuimus, affectuúmque ipſorum indicia ſingulis faciei partibus ita imprimantur, ut totius animalis vultus variè, ſeu, ut ita dicamus, pathetícè figuretur, cùm per varios, quos tunc induit, colores, ac præſertim per diverſos oculorum intuitus, modò amoris, aut

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 216 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De quinta sexta ac septima nervorum conjugatione.*

odij, modò lætitiæ, aut triſtitiæ, modò magnanimitatis, aut timoris &c. indices, pathematum diverſorum naturam interdum planè exprimat, ex quo fit ut oculi non immeritò, pro vero animæ ſpeculo habeantur.

Uterque nervus quintæ conjugationis, circa plexum ganglioformem, in binos ramos majores, anteriorem nempe, & poſteriorem dirimitur. *Anterior* poſtquam ſurculos quoſdam duræ matri impertiit, craſſiuſculâ membranâ obductus, utrinque receptaculum ſellæ equinæ lateri appoſitum ingreditur, in quo modò unam, modò duas emittit fibras, quæ unà cum fibra è nervo ſexti paris ibidem emiſsâ, in nervum intercoſtalem deſinunt : vide *Tabulas* XVII. & XXIII. & cùm primùm ex ipſo emerſit in duos fermè æquales ramos minores, *ſuperiorem* ſcilicet, & *inferiorem* dividitur. Vide *Tabulam* XXII.

Ramus minor ſuperior oculi orbitam ingreſſus, ſtatim in tres ramulos finditur, quorum *primus*, uno emiſſo ſurculo, qui adnatæ oculi tunicæ, glandulæ lachrymali, muſculis naſum ſurſum moventibus palpebris, & orbiculari ipſarum muſculo fibrillas ſuas impertit, muſculum palpebram ſuperiorem ſurſum trahentem ſuperſcandit, & ulteriùs progrediendo ex orbita interdum per foramen peculiare, & ut plurimùm per inciſuram oſſis frontis emergit, ac demum in plures propagines diviſus non modò frontis muſculis fibrillas largitur, ſed etiam illius, ſicut & anticæ capitis regionis exterioribus tegumentis proſpicit. Vide *Tabulam* XXII.

Secundus ramulus nervo pathetico, necnon primo nervi oculum moventis ramulis ramulo ſubſtratus, in duas propagines dividitur, quarum *minor* ac *exterior*, ſeu quæ canthum minorem oculi reſpicit, plures emittit fibrillas, quæ intra adipem nervum opticum ambientem, unà cum fibrillis quibuſdam è nervo tertij paris prodeuntibus, unum veluti plexulum, optici ipſius nervi truncum circumligantem, ejúſque tunicis proſpicientem efformant, & ejuſmodi fibrillis emiſſis, adipem, qui poſticam tunicæ ſcleroticæ partem obtegit, permeando, in fibrillas quoque deſinit, quarum aliæ binos oculi muſculos deprimentem ſcilicet, & adducentem ingrediuntur, aliæ verò tunicam ſcleroticam, circa poſteriora penetrant, & in ipſa terminantur : vide *Tabulam* XXII. ſi quaſdam excipias, quæ ulteriùs pergendo, uveam ſubeunt, ex quo fit, ut in oculi convulſione, illius pupilla, anticam ac mediam modò dictæ tunicæ regionem

©BIU Santé

gionem occupans, ſupra modum dilatetur, videlicet quòd jam-jam memorati nervei funiculi, dum nimiam contractionem patiuntur, non modò anticam uveæ partem, ſeu proceſſum ciliarem, in quo deſinunt, undiquaque poſteriora verſus retrahant, ſed etiam, quod unà cum muſculis convulſis, poſticam bulbi oculi partem valdè comprimant, atque adeò humores illius anteriora versùs compellant. CAP. III. *De quinta, ſexta, ac ſeptima nervorum conjugatione.*

Craßior ac *interior propago ſecundi ramuli* in quatuor dirimitur ſurculos, quorum *Primus* nervi optici trunco ſuperato, è regione canthi majoris oculi, tunicam ſcleroticam ſubeundo, in membranam abit. *Secundus* per foramen peculiare calvariam, juxta criſtam galli ingrediendo, craſſam meningem penetrat, cui veriſimiliter exiles quaſdam fibras largitur, cùm vix ab ipſa ſeparari poſſit, ac ſubinde è cranio exeundo, per unum è foraminibus oſſi cribriformi inciſis tranſit, naſumque ingreditur, in quo non in papilloſa carne oſſis ethmoïdis parti cribri adinſtar perforatæ ſubſtratâ terminatur, uti placet experientiſſimo Diemerbroekio, ſed plures in fibrillas diviſus per membranam interiora illius obducentem diſtribuitur. *Tertius* majorem verſus oculi canthum pergendo, partim in tunicam adnatam, partim in palpebras, & orbicularem earum muſculum, & partim in exteriora naſi tegumenta, ac in muſculos ipſum ſurſum moventes inſeritur. *Quartus* in plures fibrillas diremptus, per palpebras, & orbicularem ipſarum muſculum diſſeminatur. Vide *Tabulam* XXII.

Tertius ramulus rami minoris ſuperioris nervo ſexti paris, & muſculo abducenti ſubjectus, ad minorem uſque oculi canthum porrectus, in glandulam innominatam, & tunicam adnatam abſumitur. Vide *Tabulam* XXII. Suprà deſcriptæ autem nervi quinti paris propagines, quæ per oculum diſtribuuntur, involuntariis potiſſimùm partium illius motibus inſerviunt, qui ſcilicet diverſi ſunt, quoties cerebrum, & viſcera, quibus intercoſtales, necnon octavi paris nervi proſpiciunt, diverſimodè afficiuntur. Vide *Tabulam* XXII.

Ramus minor inferior priuſquam è calvaria emergat, unum emittit ſurculum, qui oculi orbitam ingreditur, in qua externo muſculi abducentis lateri aſſidet, & ex ipſa per exiguum foramen peculiare egreſſus plures in fibras dividitur, quarum aliquæ in

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 218 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De quinta, sexta ac septima nervorum conjugatione.*

tegumenta genarum, & reliquæ in musculos, labrum superius sursum moventes, inseruntur. Vide *Tabulam* XXII. Ubi verò prædictus *ramus minor inferior* è cranio per tertium alterutrius lateris foramen emersit, in tres ramulos dividitur, quorum *Primus* postquam surculos musculo masseteri, faciei tegumentis, gingivarum carni, & radicibus dentium maxillæ superioris impertiit, sinum peculiarem ossis infimam orbitæ partem constituentis subit, & ubi primùm ex ipso, per foramen peculiare ipsimet orbitæ subditum egressus est, modò in tres, modò in quatuor dirimitur propagines, quæ utrinque faciei tegumentis, labro superiori, musculo infimam nasi partem ad latera ducenti, necnon interno ipsius nasi musculo fibrillas plures largiuntur. Vide *Tabulam* XXII.

Secundus ramulus deorsum rectà ferè tendens, circa posticam ductuum à naribus ad fauces tendentium regionem, in duas propagines dividitur, quarum superior multos in surculos divisa, per hanc membranæ pituitariæ partem disseminatur, quæ modò memoratorum ductuum à naribus ad fauces tendentium, sinuum sphœnoidæorum, ethmoidæorum, frontalium, & maxillarium interiora obducit: inferior verò ubi per foramen peculiare posticæ ac laterali parti ossium palati incisum transiit, in plures quoque surculos dirempta, per carnem peculiarem, albam & spongiosam palati ossibus substratam, & per membranam duram, ac veluti callosam ejusmodi carnem obtegentem distribuitur. Vide *Tabulam* XXII.

Tertius ramulus rami minoris inferioris versus posteriora capitis paululùm reflexus, in plures propagines dirimitur, quarum aliæ in hanc membranæ pituitariæ partem inseruntur, quâ fauces investiuntur: aliæ in columella, & musculis illius: aliæ verò in amygdalis desinunt: Vide *Tabulam* XXII.

Ramus major ac posterior nervi quintæ conjugationis, postquam crassæ meningi surculos quosdam impertiit, piâ, crassâque meninge obductus è calvaria, per quintum alterutrius lateris foramen emergit, & quibusdam emissis surculis, qui non modò buccinatori, sed etiam masseteri, & reliquis maxillæ inferioris musculis prospiciunt, in tres insignes propagines finditur, quarum *prima ac interior*, cùm hanc admisit nervi auditorij durioris fibram, quæ interiorem auris cavitatem, *tympani* nomine donatam permeando, malleoli cervicem superscandit, vide *Tabulas* XXII. & XXIII. utrinque linguæ lateri, paulò supra radicem illius subjicitur

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 219 sur 315

©BIU Santé

citur, & ad anteriora tendendo, ſeptem vel octo ex interno latere ſuo ſurculos exſerit, qui innumeras ferè in fibrillas diviſi, in glandulas maxillares abſumuntur: exteriore verò è latere plures quoque ſurculos emittit, qui mediam linguæ regionem penetrant, demúmque in extrema, ſeu acuminatâ illius parte, capillaceis finibus deſinit; adeo ut *primæ ac interioris* iſtius quintæ nervorum conjugationis fibrillæ, unà cùm pluribus ſurculis nervi utriuſque noni paris partim in muſculoſa, & partim in papilloſa linguæ carne terminentur; unde fit, ut nullus ſit dubitandi locus, quin exiguæ papillæ ſupernam ac exteriorem jamjam memoratæ linguæ partem occupantes ſint guſtûs organum. Vide *Tabulas* XXII. & XXIII.

Cap. III. *De quinta, ſexta, ac ſeptima nervorum conjugatione.*

Guſtûs organum deſignatur.

Secunda ac media propago, uno emiſſo ſurculo, cujus fibræ partim in glandulas maxillares, & partim in binos linguæ muſculos, ſtyloglosſum ſcilicet, & myloglosſum inſeruntur, ſinum intra os mandibulæ inferioris excavatum ingreditur, ubi plures exſerit fibrillas, quæ dentium radices penetrant; ita ut nerveæ ejuſmodi fibrillæ arteriolis ab arteria carotide productis, & venulis in venam jugularem internam deſinentibus comitatæ, per foramina ferè inſenſilia dentium radicibus inciſa, exiguos ſinus intra dentes ipſos excavatos ſubeant, & inibi, quemadmodum in exiguis ſinibus dentium maxillæ ſuperioris, unà cum membranis vaſorum ipſas concomitantium ita explicentur, ut in membranam abeant, quæ oblongæ veſiculæ figuram refert, & in vehementibus dentium doloribus afficitur. Præterea eadem, de qua nunc agitur, *Secunda ac media propago*, cùm ad radicem quarti dentis molaris pervenit, in duos ſurculos dividitur, quorum minor ad anticam uſque oſſis mandibulæ inferioris partem extenditur, & craſſior ex interioribus illius, per foramen peculiare egreſſus, in plures fibrillas dirimitur, quæ in muſculis labri inferioris, & in mento deſinunt. Vide *Tabulam* XXII.

Tertia ac exterior propago rami ejuſdem majoris necnon poſterioris in plures fibras diviſa glandulam parotidem ſubit, & in ipſa terminatur. Vide *Tabulam* XXII.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 220 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De quinta, sexta ac septima nervorum conjugatione.*

TABVLA XXII.

Nervorum quintæ & sextæ conjugationis ramos exhibet.

A. *Nervus dexter quintæ conjugationis.*
B. *Plexus ganglioformis.*
C. *Ramus major anterior.*
a. *Surculi è ramo majore anteriore emissi, qui crassam meningem subeunt.*
b. *Fibræ duæ è ramo majore anteriore prodeuntes, & in nervum intercostalem desinentes.*
D. *Nervus dexter sextæ conjugationis.*
c. *Surculus è nervo sextæ conjugationis emissus, qui unà cum fibris* b. *in nervum intercostalem abit.*
E. *Ramus minor superior.*
d. *Ramulus primus rami minoris superioris* E.
e. *Surculus ramuli* d.
f. *Ramulus secundus rami minoris superioris* E.
g. *Minor ac exterior propago ramuli secundi* f.
h. *Fibrillæ minoris ac exterioris propaginis* g. *plexulum æmulantes.*
i. i. *Fibrillæ minoris ac exterioris propaginis* g. *binas oculi tunicas, scleroticam scilicet & uveam penetrantes.*
k. *Crassior ac interior propago ramuli* f.
l. *Surculus primus crassioris ac interioris propaginis* K.
m. *Surculus secundus crassioris ac interioris propaginis* K.
n. *Surculus tertius crassioris ac interioris propaginis* K.
o. *Surculus quartus crassioris ac interioris propaginis* K.
p. *Ramulus tertius rami minoris superioris* E.
F. *Ramus minor inferior.*
q. *Rami minoris inferioris* F. *surculus recisus, quem scilicet emittit, antequam è calvaria emergat.*
r. *Ramulus primus rami minoris inferioris* F.
f. f. f. *Surculi ramuli* r. *qui in musculum masseterem, faciei tegumenta, gingivarum carnem, & radices dentium maxillæ superioris inseruntur.*
t. *Ramulus secundus rami minoris inferioris* F.
u. *Propago superior ramuli secundi* T.
x. *Propago inferior ramuli secundi* T.
y. *Ramulus tertius rami minoris inferioris* F.
G. *Nervi intercostalis truncus.*
H. *Ramus major posterior.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 221 sur 315

©BIU Santé

z. z. *Surculi rami majoris posterioris crassam meningem penetrantes, quos prædictus ramus major posterior exserit, antequam è calvaria emergat.*

2.2.2. *Surculi rami majoris posterioris, quos scilicet pro musculis, masseture, pterygoideo externo, pterygoideo interno, & buccinatore emittit, ubi primùm è calvaria emersit.*

3. *Prima ac interior propago rami majoris posterioris* H.

4. *Rami durioris nervi auditorij fibra abscissa, quæ propagini* 3. *coalescit.*

5. *Secunda ac media propago rami majoris posterioris* H.

6. *Surculus propaginis* 5. *qui in glandulas maxillares, & musculum milohyoideum absumitur.*

7. *Surculus minor propaginis* 5. *qui ad anticam usque ossis mandibulæ inferioris partem extenditur.*

8. *Surculus crassior propaginis* 5. *qui è sinu intra os maxillæ inferioris excavato egressus, per labrum inferius, & mentum disseminatur.*

9. *Tertia ac exterior propago rami majoris posterioris* H. *quæ per glandulam parotidem distribuitur.*

Tabula XXII



Beaudeau sculpsit Monsp

Nervi

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 222 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De quinta sexta, ac septima nervorum conjugatione.*

Nervorum sextæ conjugationis descriptio.

Nervi sextæ conjugationis è tractibus albis, è media ovalis centri regione eductis, juxta infimam, cui annectuntur, processûs annularis partem, oriuntur; Vide *Tabulas* V. XIV. & XV. & ad anteriora tendendo, crassâ meninge perforatâ, receptacula sellæ equinæ lateribus apposita subeunt, eáque permeando, surculum unum, tribus interdum fibrillis constantem emittunt, cui modò una, modò duæ fibræ, ex utroque ramo anteriore nervorum quintæ conjugationis prodeuntes coalescunt: atque adeo nervi utriusque intercostalis radicem, seu primum caudicem efformant. Vide *figuram* I. *Tabulæ* XVII. & *Tabulas* XXII. & XXIII. Cæterùm prædicti sextæ conjugationis nervi, è suprà memoratis receptaculis emergendo, oculorum orbitas ingrediuntur, ibíque in plures fibrillas dividuntur, quæ musculos abducentes penetrant, & in ipsis desinunt. Vide *Tabulam* XXII.

Nervorum septimæ conjugationis descriptio.

Nervi septimæ conjugationis, qui vulgò auditorij dicuntur, è tractibus albis, ex media ovalis centri regione eductis, prodeunt, juxta paris vagi radices, quibus mollior ipsorum ramus coalescit; ex quo fit, ut tanta inter aurem, & viscera, quibus prædictum par vagum prospicit, sympathia habeatur, ut pro diversis soni rationibus, non modò in cerebro, sed & in præcordiis, imò & sæpissimè in universo corpore diversi motus producantur, móxque diversæ in anima, ex occasione scilicet hujusmodi motuum, perceptiones excitentur. Isti nervi binis ramis, duriore nempe, & molliore constant, qui semper circa origines suas, aut tenuissimarum quarumdam fibrarum interventu, invicem communicant, aut simul uniuntur; vide *Tabulas* XIV. & XV. & processui annulari, qui medullares quasdam fibrillas ipsis impertitur, utrinque adhæresunt: adeóque ex ipso oriri videntur. Vide *Tabulam* V.

Septimæ conjugationis nervi è calvaria egrediendo, septimum par foraminum illius basi incisorum ingrediuntur, inibíque rami illorum ab invicem segregantur; durior enim exiguum sinum, intra os supernam tympani partem constituens, excavatum subit, unóque emisso surculo, qui versus anteriora cranij reflexus, & ex osse petroso egressus, per crassam meningem disseminatur, exiguas quasdam fibras emittit, quarum aliæ tympanum ingressæ, partim in membrana, in quam intra tympani ipsius cavitatem aquæ ductus explicatur, & partim in internis auris musculis terminantur: aliæ verò in tenuissimam membranam desinunt, quâ scilicet

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 223 sur 315

©BIU Santé

licet interiora foveolarum intra apophyſim mammillarem excavatarum obducuntur. Durior idem nervorum ſeptimi paris ramus, jamjam memoratis propaginibus emiſſis, binos exſerit ſurculos, quorum *primus*, ubi è prædicta apophyſi mammillari emerſit, in nervum octavi paris paulò ſupra ganglioformem plexum illius ſuperiorem inſeritur. Vide *Tabulam* XXIII. *Secundus* verò tympanum ingreditur, ubi chordam illius conſtituit, & malleoli cervice cui adhæreſcit ſuperatâ, tympani ipſius baſeos partem illam permeat, quæ calvariæ anteriora reſpicit, deorſúmque tendens muſculo pterygoïdeo interno & linguæ interjicitur, unáque fibrâ emiſsâ quam ipſimet linguæ largitur, in *primam* ac *interiorem propaginem rami majoris poſterioris* nervi quintæ conjugationis inſeritur. Vide *Tabulam* XXII. atque adeo mirum non eſt, quòd inter aurem & linguam ſympathia quædam habeatur, propter quam auditus guſtui lenocinetur.

CAP. III. *De quinta, ſexta, ac ſeptima nervorum conjugatione.*

Demum nervorum ſeptimæ conjugationis ramus durior, ſuprà deſcriptis propaginibus emiſſis, è proceſſu mammillari emergit, & ex ipſo emergens ſurculos quoſdam muſculo maſſeteri præbet, ac deinde adjacentes auri glandulas ſubit, intra quas in duos ramulos dividitur, quorum *interior*, poſteaquam fibras quaſdam prædictis glandulis impertiit, in plures fibrillas dirimitur, quæ malam versùs reflectuntur, quarum unà cum fibra altera nervi quinti paris muſculis labri ſuperioris proſpicientis jungitur : aliæ verò in palpebram inferiorem, & tegumenta faciei abſumuntur. *Ramulus exterior*, quem ramus durior nervorum ſeptimæ conjugationis, adjacentes auri glandulas ſubeundo exſerit, ubi ejuſmodi glandulis intra quas reconditur fibras aliquas largitus eſt, in duos ſurculos finditur, quorum *ſuperior* per muſculum maxillæ inferioris, qui vulgò quadratus dicitur, tegumenta & muſculos labri inferioris diſtribuitur : & inferior in tegumenta anticæ, necnon lateralis partis cervicis, muſculos quoſdam maxillæ inferioris, & muſculum maſtoïdem inſeritur.

Mollior nervorum ſeptimæ conjugationis ramus, qui duriore craſſior eſt, licèt multò pauciores quàm ille, fibrillas medullares à proceſſu annulari recipiat, in tres *ramulos* dividitur, quorum *ſuperior* per exiguùm foramen peculiare concham ingreſſus, in mollem ac tenuiſſimam membranam explicatur, quæ interiorem illius ſuperficiem inveſtit : adeò ut hæc ipſa membrana, è qua

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 224 sur 315

©BIU Santé

CAP. III. *De quinta, sexta, ac septima nervorum conjugatione.*

funiculi nervei ducuntur, qui in ductibus semicircularibus labyrinthum constituentibus observantur, binas fenestras, ovalem scilicet, & rotundam, occludat : imò & stapedis basi ita adhæresçat, ut ab ipsa separari nequeat, quin dilaceretur ; propterea- que nullum aëris è tympano in concham commercium esse asserimus.

Secundus ac *medius* rami mollioris nervorum septimi paris *ramulus*, priusquam ossis petrosi partem, quæ cochleæ basim constituit, penetret, plures in fibras abit, quarum media cæteris crassior, nucleum pyramidalem cochleæ subit, mediámque illius regionem permeat ; & ubi ad acuminatam cochleæ ejusdem partem pervenit, mollem tenuémque in membranam expanditur, quæ undiquaque paululùm in semet ipsam inflexa, huic ossis petrosi parti, quæ modò memoratam cochleæ acuminatam partem constituit, ita applicatur & unitur, ut cæcam ac exiguam admodum cavitatem efformet. Reliquæ *secundi* ac *medij* prædicti *ramuli* fibræ cochleam ingressæ in osseos illius parietes inseruntur, & forsan in tenuissimam membranulam desinunt, quâ obducuntur : aut etiam ad spiralem usque membranam nucleo pyramidali auris dextræ ter circumductam porriguntur. Membranam spiralem nucleo pyramidali auris dextræ solùm, ter circumductam esse jamjam indicavimus ; quoniam hæc nucleo pyramidali auris sinistræ, semel tantùm utplurimùm circumducitur.

Tertius ac *infimus* rami ejusdem mollioris nervorum septimi paris *ramulus*, unâ aut alterâ fibrillâ emissâ, quæ hanc ossis petrosi partem penetrat, intra quam semicirculares labyrinthi ductus excavati sunt, petrosum ipsum os permeat, & concham subit, ubi tenuem hanc in membranam abit, quâ illius interiora investiri paulò suprà diximus.

Auditûs organum designatur.

Ex suprà dictis facilè intelligi posse nobis videtur, quòd extremi fines rami mollioris nervorum septimæ conjugationis, in tenuissimas suprà memoratas membranas explicati, unà cum nerveis funiculis semicirculares labyrinthi ductus occupantibus, auditûs organum constituunt ; adeò ut pro variis motibus, qui in eo, quem proprios intra poros recondunt, spiritu animali, ab objectis prædicti sensus excitantur, & communi sensorio communicantur, variæ in anima soni ideæ producantur.

Auditûs ratio explicatur.

CAPVT

©BIU Santé

CAPVT IV.

Cap. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij Vvilliſij deſcribuntur.*

De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis; in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij VVilliſij deſcribuntur.

Nervorum octavæ conjugationis deſcriptio.

NErvi duo, quorum radices exiguis pluribus fibris conſtantes paulò ſupra corpora olivaria collocantur, octavam conjugationem nervorum è cerebro prodeuntium conſtituunt, quæ ſexta ab antiquis Anatomicis numerabatur, quæque utpote partibus diverſis & ab invicem longè diſſitis proſpiciens, par vagum appellari ſolet. Ejuſmodi nervis, unà cum nervis par intercoſtale conſtituentibus, circa cervicem, ex tranſverſo reciſis, animal illico languore futuræ mortis prænuncio afficitur, tremulos motus patitur, vires illius ſenſim labaſcunt, & intra viginti circiter horas, vitâ deſtituitur, quæ per illud breve temporis ſpatium, ſpiritu animali ſuſtinetur, quem medulla ſpinalis, & nervei plexus intra medium, & infimum ventrem latitantes naturalibus, & vitalibus partibus ſuppeditant. Quæ cùm ita ſint, dubitet nemo, quin iidem nervi facultates, naturalem & vitalem ſuſtineant, quatenus ſingulas tum medij, tum imi ventris partes ſubtiliſſimo latice ſuo, animali nempe ſpiritu irrigant, cujus ope omnes non ſolùm vel magis vel minùs exquiſitè ſentiunt, per membranas ſcilicet, quibus intertexuntur, aut extrinſecùs tantùm obducuntur; ſed etiam earum aliæ, quæ muſculis inſtruuntur, cujuſmodi ſunt cor, & diaphragma, ſenſibiles motus locales obeunt: aliæ verò, quæ carneas ſolùm fibras exiguorum muſculorum vices ſupplentes habent, qualia ſunt viſcera, ſaltem maximam partem, intra cavum abdominis recondita, inteſtinos & quaſi vermiculares motus indeſinenter edunt, quorum miniſterio facultatis naturalis ſingulæ functiones, pro vita ipſa tuenda perneceſſariæ ſucceſſivè peraguntur, ut ſpeciatim inferiùs explicabitur, quemadmodum per locales cordis & pulmonum motus, vitalis facultatis actiones, pulſus nimirum & reſpiratio, vitam quoque potiſſimùm ſuſtinentes eduntur. Ex præmiſſis ſatis intelligitur, exactam ſtructuræ, originis, & diſtributionis prædictorum nervorum cognitionem Medico cuivis apprime neceſſariam eſſe, ut motuum naturalium, necnon præternaturalium, qui in corporis interioribus fieri ſolent, cauſas & rationes internoſcere poſſit. Illi œconomiam animalem dirigunt & ſuſtinent: iſti verò illam perturbant, ac deſtruunt; quapropter illos, binis capitibus, accuratè, quantùm fieri poterit, deſcribemus; ſed antequam ulteriùs

Nervi octavæ conjugationis unà cum nervis intercoſtalibus facultates, naturalem & vitalem ſuſtinent.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 226 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorumque muniis: in quo nervi duo spinales calvariam subeuntes, seu nervi accessorij Vvillisij describuntur.*

progrediamur, notandum venit, quòd suprà memorati nervi, quorum ministerio inter cerebrum, & medij, infimíque ventris viscera sympathia insignis habetur, non modò circa cervicem, at etiam in medio, & infimo ventre, nervearum fibrarum interventu simul communicant, ut videre est in *Tabula* XXIII. quod à natura ita comparatum videtur, ut inter illos arcta quædam necessitudo intercedat, propter quam illorum alteruter alterius munera, pro re nata, obeat; etenim cùm nervi parium octavi & intercostalis, iisdem fermè partibus propagines suas distribuant, necessum fuit, ut affines essent, & invicem communicarent, quò inter partes omnes, quibus prospiciunt, actionum, passionúmque consensus haberetur.

Sympathiæ quæ inter aurē, cerebrum, & reliquas corporis partes habetur, ratio explicatur.

Nervi octavæ conjugationis partim è tractibus albis è media ovalis centri regione eductis, & partim è processibus à cerebello ad medullam spinalem prodeunt, & circa ipsum exortum, cum nervis auditoriis communicant, ut *Lib.* I. *Cap.* XII.[+] diximus; ex quo planè intelligitur, cur pro variis soni rationibus, non modò variæ in anima passiones excitentur; sed etiam cur uno eodémque tempore, cor, affinésque ipsi partes, imò & totum corpus diversimode afficiantur. Nervorum istorum trunci modò sex vel octo, modò pluribus aut paucioribus fibrillis constant; Vide *Tabulas* V. XIV. & XV. atque adeò modò majorem, modò minorem spiritûs animalis copiam devehunt; unde fit, ut cor, pulmo, stomachus, & aliæ partes, quibus ramulos suos impertiunt, in quibusdam hominibus majori & in aliis minori robore polleant; proindéque in quibusdam validiùs, & in aliis debiliùs munia sua præstent. Isti nervi in prima origine fibrillis pluribus constant; quoniam partibus diversis, & ab invicem remotis spiritum animalem affundunt; propterea que necessum est, ut illi utpote ad diversa munia in diversis partibus obeunda dicati laticem suum, non unico trunco, quin potiùs distinctis canaliculis assumant, qui firmioris fulciminis gratiâ simul ligati utrinque in unum truncum abeunt; secus enim partium distinctarum munia, etiam pro levi quavis occasione perturbarentur; cùm è contrà, quòd isti nervi distinctis fibrillis, velut funiculis constent, spiritum animalem sine tumultu, & ordinatè convehunt, ejúsque vires partibus his, seorsim ab illis communicant.

[+] p. 78.

Ratio traditur, cur viscera medij, imíque ventris in quibusdam hominibus majori, & in aliis minori robore polleāt. Hîc ostenditur, cur nervi octavæ conjugationis pluribus fibrillis constent.

Nerveæ fibrillæ in nervos octavæ conjugationis abeuntes, quarum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 227 sur 315

©BIU Santé

rum unicuique pia meninx tunicam ſuperinjicit, & nervi duo acceſſorij Clariſſimi VVilliſij, cùm primùm è calvaria emergunt, communi, quod à craſſa meninge mutuantur, involucro ſuccinguntur, & unum utrinque truncum efformant; adeò ut ſimul coaleſcere videantur, licèt à primis radicibus ad extremos uſque fines ab invicem diſtinguantur, & canaliculorum diſtinctorum vices gerant, quo diverſis, per quas diſſeminantur partibus, laticem quem devehunt continenter & æqualiter diſtribuant, ut paulò ſuprà indicavimus.

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij Vvilliſij deſcribuntur.*

Statim atque nervi octavæ conjugationis è calvaria emerſerunt, cum ramo duriore nervorum ſeptimi paris nerveæ fibræ interventu communicant; vide *Tabulam* XXIII. ac ſubinde in tumorem oblongum à Fallopio corpus olivare dictum excreſcunt, è quo ramus unus oritur, qui uno emiſſo ſurculo plexui ganglioformi cervicali ſuperiori nervorum intercoſtalium primùm coaleſcente, & utrinque per binos cervicis muſculos, longum ſcilicet & ſcalenum diſſeminato, ubi verſus laryngem reflectitur in duas propagines per fibram, s, cum nervo recurrente communicantes dividitur, quarum ſuperior, r, muſculo communi laryngis, qui hyothyroïdes dicitur, & tribus tantùm oſſis hyoidis muſculis, ſtylocerathyoïdi ſcilicet, geniohyoïdi, & mylohyoïdi fibras ſuas diſtribuit: inferior verò muſculis œſophagi, cephalopharyngæo nempe, ſphœnopharyngæo, ſtylopharyngæo, & gulæ ſphincteri proſpicit; vide *Tabulam* XXIII. Jamjam deſcriptus nerveus ramus eam inter vocis organa, cerebrum, & viſcera medij, infimíque ventris ſympathiam conſtituit, propter quam lingua pro diverſis animi pathematis, diversíſque prædictorum viſcerum affectibus, diverſas voces diverſorum animi pathematum, & diverſorum affectuum viſcerum indices emittit.

Ratio cõſenſûs, qui inter linguam & cerebrum, necnon medij, imíque ventris viſcera reperitur.

Uterque nervus octavæ conjugationis infra corpus olivare Fallopij, quod plexum ganglioformem ſuperiorem, vel cervicalem nervorum octavi paris nominamus, ramum unum exſerit, qui cum nervo ſecundi paris nervorum ſpinalium nerveis fibris duabus intermediis unitur; vide *Tabulas* XXIII. & XXIV. ſuáſque propagines muſculis, ſcaleno, maſtoïdi, coracohyoïdi, ſternothyoïdi, ſternothyroïdi, & ſuperſtratis tegumentis largitur, ſi quaſdam exceperis, quæ vaſa cervicis, ac præcipuè venas jugulares variè circumligant, & in vicinas membranas inſe-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 228 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorumque muniis: in quo nervi duo spinales calvariam subeuntes, seu nervi accessorij Vvillisij describuntur.*

runtur ; vide *Tabulam* XXIII. hinc deducitur ratio, quare in timore ab insolito quovis strepitu excitato, necnon in omni periculi suspicione circumagatur cervix, quæ in quibusdam animalibus ab indignatione aut fastu, musculis in quibus isti nervi desinunt inflatis intumescit, & cur hæc affectis pectoris, abdominísque partibus, quibus octava nervorum conjugatio impenditur, in consensum trahatur : inde quoque ratio desumitur, quare in violentis quibusdam animi pathematis palleſcat, & in aliis rubescat vultus ; hoc enim fit, quoniam pro variis animi conceptibus, nerveæ fibræ vasa colli circumligantes, ipsa modò magis, modò minùs arctè stringunt ; propterea aque modò majorem, modò minorem sanguinis copiam vultui affundunt, affusumque vel citiùs vel tardiùs resorbent ; adeò ut arteriis constrictis facies ob imminutum versus superiora cruoris affluxum palleſcat : aut venis quasi vinculis ligatis rubescat ; videlicet, quòd in ipsa sanguis retineatur. Quòd si venas jugulares, arteriásque carotides, unà cum vasis cordis basi appensis, præ nimio timore, aut quovis alio animi, vel corporis affectu, circumligantibus nerveis fibris adeò arctè stringi contingat, aut commercium, quod cerebro & cordi intercedit, etiam per breve temporis spatium penitus interrumpatur, protinus animal ob facultatum animalis & vitalis eclipsim, in syncopen incidit, quæ vitæ illius diem ultimum claudit.

Syncope quam animi pathemata inducunt, explicatur.

Postquam nervi octavæ conjugationis suprà descriptum ramum cervici prospicientem emiserunt, ad claviculas usque indivisi descendunt, pectorísque cavitatem ingressi in tumorem oblongum, seu plexum ganglioformem, iterum excrescunt, infra quem unum emittunt ramum, qui nervum recurrentem vulgò dictum constituit. Vide *Tabulam* XXIII. Dexter autem nervus recurrens ab ipso paris vagi plexu ganglioformi thoracico emergens circa arteriam axillarem dextram reflectitur, unde sursum elatus propagines, quas ex utroque suo latere exerit, œsophago, asperæ arteriæ & propriis laryngis musculis impertitur, ac demum fibram, s, rami, p, admittit. Nervus iste recurrens unà cum suo pari sympathiam constituit, quæ inter œsophagum, tracheam, laryngem, & partes alias reperitur, quibus nervorum par octavum prospicit.

Infra nervum recurrentem dextrum paris vagi truncus ramum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 229 sur 315

©BIU Santé

mum emittit, qui fibram unam aortæ tunicis, binas dextris pulmonum lobis, & unam plexui cardiaco ſuperiori tribuit, deínque in duas propagines dividitur, quarum exterior in plures ſurculos diviſa in partem dextram pericardij cordis poſteriora occupantem inſeritur: interior verò, pericardio perforato, deſcendentem venæ cavæ truncum, cui ſurculos largitur, adinſtar annuli circumligat, pluresque fibrillas dimittit; quæ per dextram cordis auriculam diſſeminantur. Vide *Tabulam* XXIII.

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis: in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij Williſij deſcribuntur.*

E regione cordis dexter octavæ conjugationis nervus fibram nerveam ex infima parte plexus ganglioformis thoracici nervi intercoſtalis emergentem admittit, & ſubinde ramos plures exerit, qui invicem complicati nerveum plexum pneumonicum dextrum conſtituunt, è quo innumeræ fibrillæ prodeunt, quarum aliæ in tunicas œſophagi, ipsíque appenſas glandulas inſeruntur: aliæ in membranam dextros pulmonum lobos ſuccingentem deſinunt: aliæ verò pulmonum ipſorum interiora ſubeunt, intimámque illorum compagem percurrendo, veſiculas quibus conſtant, vaſorum quibus irrigantur propagines, inſpirandi, expirandíque aëris canales, ſeu bronchiorum ductus variè ſuperſcandunt & obligant. Vide *Tabulam* XXIII.

Subter nerveum plexum pneumonicum dextrum, paris vagi truncus, uno emiſſo ſurculo qui pericardium perforat, & in plures fibrillas diremptus per dextram cordis auriculam diſtribuitur, retro cordis ipſius baſim, inferioribus ſcilicet vertebris dorſi accumbens, in duos ramos dirimitur, qui per fibras quaſdam ſimul coëuntes, quas ipſimet emittunt, invicem communicant, & ſurculis quibuſdam in œſophagum dimiſſis, in unum truncum abeunt, qui paulò ſupra diaphragma ramulum è nervo ſiniſtro octavi paris exortum admittit. Vide *Tabulam* XXIII.

Demum nervus dexter octavæ conjugationis diaphragmate perforato, ſtatim atque ſuperiori ſtomachi orificio exiles quaſdam fibrillas impertiit, in quatuor ramulos dividitur, quorum tres ſuperiores nerveis fibris intermediis invicem primò communicantes, & poſtmodum in binos ramulos abeuntes ſupernæ & poſticæ ſtomachi regioni proſpiciunt, & ad pylorum uſque protenduntur, ſupra quem illæ in quas deſinunt fibrillæ propaginibus nervi intercoſtalis dextri nerveum plexum hepaticum conſtituentibus ex parte coaleſcunt, & unà cum ipſis jamjam memoratum plexum

©BIU Santé

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorumque muniis: in quo nervi duo spinales calvariam subeuntes, seu nervi accessorij Willisij describuntur.*

xum efformant. Quartus & inferior ramulus prædictæ divisionis nervi dextri octavi paris in plures propagines supernæ & anticæ stomachi parti prospicientes dirimitur, & extremi illius fines partim in pyloro, partim in pancreate, & partim in ductibus bilariis terminantur. Vide *Tabulam* XXIII.

Sinister octavæ conjugationis nervus infra plexum ganglioformem thoracicum ramum unum emittit, qui inferiora versùs tendendo, descendentem aortæ truncum superscandit, eóque superato, statim in quinque propagines plexulum æmulantes dividitur, quarum tres superiores sursum reflexæ ponè ipsam aortam simul coalescunt, & nervum recurrentem sinistrum constituunt, qui superiora versus delatus, quemadmodum & nervus recurrens dexter, fibras, quas dimittit, propriis laryngis musculis anhelitui reciprocando, & voci modulandæ dicatis, œsophago, tracheæ, ipsísque appensis glandulis distribuit, fibrámque, s, rami, p, lateris sui admittit. Vide *Tabulam* XXIII.

Quarta modò descripti rami, sinistri octavæ conjugationis nervi propago in nerveum plexum cardiacum superiorem desinit: quinta verò, nerveâ ùnâ fibrâ è prædicto plexu cardiaco emergente admissâ, & pericardio perforato, venam pulmonarem, cui furculos impertitur, ferè in modum annuli circumligat, & plures exerit fibras, quarum aliæ per sinistrum cordis latus, & aliæ per sinistram illius auriculam disseminantur: Vide *Tabulam* XXIII. Quòd autem nerveus idem ramus, qui nervum recurrentem sinistrum constituit, propagines cordi impertiat; hinc fit ut cor, & aspera arteria in variis actionibus, ac præsertim in cantu, risu, & ploratu conspirent.

Ratio sympathiæ, quæ inter cor, & asperam arteriam habetur.

Præcipuus nervorum recurrentium usus est, ut circa arteriam axillarem dextram, & descendentem aortæ truncum, velut trochleas convoluti tracheæ annulos, pro spiritu tum anhelando, tum sonoro reddendo, tanquam plicas follium diducant, aut saltem iis diducendis inserviant. Præterea descendenti aortæ trunco, & arteriæ axillari dextræ veluti fræna aut lora injiciuntur, ut ejusmodi vasa vel magis vel minùs arctè stringendo, sanguinis quem devehunt motum, pro re nata variè determinent, ipsúmque semper versus caput sensim protrudant; sanguis enim continuò versus superiora sollicitari debet, ne proprio pondere ad inferiora nimium vergat.

Usus nervorum recurrentiũ.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 231 sur 315

©BIU Santé

E regione cordis ſiniſter octavæ conjugationis nervus binos interdum plexus ganglioformes continet, quos pars illius in ramos tres eundem in truncum mox coaleſcentes interdum quoque diviſa ab invicem diſtinguit: infra nervum recurrentem fibram, 42, nervi intercoſtalis admittit, ſubindéque ex utroque ſuo latere plures emittit ramulos, quorum interiores ac tenuiores, 15. 15. 15. partim œſophagi tunicis, & partim cordi impenduntur: exteriores verò ac craſſiores invicem complicati duos utplurimum nerveos plexus pneumonicos, unum nempe ſuperiorem, & alterum inferiorem efformant, è quibus innumeræ fibrillæ emergunt, quarum aliæ in membranam ſiniſtris pulmonum lobis ſuperſtratam, & arctiſſimè cohærentem explicantur: aliæque pulmones ipſos penetrant, totúmque ipſorum textum percurrendo, membranaceas eorum veſiculas, ſanguifera vaſa & bronchiorum ductus variè atque variè ſuperſcandunt, & conſtringuunt. Vide *Tabulam* XXIII.

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis: in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij Williſij deſcribuntur.*

Ex ſuprà dictis planè intelligi poteſt, quantùm à vero aberrent, qui pulmones inſenſiles ſtatuunt; etenim illi membranâ extrinſecùs ſuccinguntur, in quam nerveæ quamplurimæ fibræ deſinunt, quæ ipſam ſenſûs tactûs actibus edendis aptam reddunt; atque adeò extimam ſaltem eorum ſubſtantiam membranæ ſuccingentis miniſterio ſenſilem eſſe conſtat; unde fit ut illius inflammatio, ac præſertim eryſipelatoſa, legitimam plevritidem ementiatur; videlicet quod ipſam, quemadmodum & plevræ inflammationem, febris, difficultas ſpirandi, pungitivus lateris affecti dolor & alia ſymptomata comitentur, quæ vulgò legitimæ plevritidi aſcribuntur. Quod ad intimam pulmonum ſubſtantiam attinet, hæc penitus, aut ferè penitus inſenſilis exiſtit (ſi interiorem tracheæ bronchiorum membranam exceperis) quoniam nerveæ fibræ quibus intertexitur, funiculorum formam retinent, adeóque in membranas non explicantur, quod neceſſum eſſet, ut ipſam ſenſilem redderent.

Extima pulmonũ ſubſtantia ſenſilis eſt.

Extimæ ſubſtantiæ pulmonũ inflammatio legitimam plevritidem ementitur.

Hîc oſtenditur, cur intima pulmonũ ſubſtantia inſenſilis ſit.

Nonnulli pulmones non ſolùm inſenſiles, ſed & per ſe immobiles eſſe autumant; verumtamen illi communicato à ſpiritu animali motu quodam inteſtino præditi ſunt, cujus ope ſingulis ſuis muniis præſtandis idonei redduntur; ſecùs enim concidentes proprium tonum, ſeu naturalem tenſionis ſtatum amitterent, qui ad ipſorum nutritionem, ad aëris inſpirandi & expirandi neceſſitatem, faciliorémque ſanguinis quo irrigantur, commeatum requiritur; ideò enim natura membranaceas pulmonùm veſiculas, ipſorum

Pulmones motu quodam inteſtino præditi ſunt.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 232 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque munitis: in quo nervi duo spinales calvariam subeuntes, seu nervi accessorij Vvillisij describuntur.*

bronchia, & sanguifera vasa nerveis fibrillis, velut loris variè circumligasse videtur, ut prædictis muneribus obeundis apti forent.

Hîc in transcursu notandum venit, quòd ubi nerveæ hujusmodi fibrillæ spasmodicis motibus corripiuntur, bronchia pulmonum, utpote inordinatè contracta, aërem debito modo, nec inspirant, nec expirant, & sanguifera illorum vasa inordinatè quoque huc illuc contracta, laticem quem devehunt non exonerant, unde asthma horrendum oboritur, quod in hystericis, imò & hypochondriacis quibusdam affectibus contingere solet.

Hæc asthmatis species explicatur, quæ à motibus spasmodicis nervorum pulmonum dependet.

Siniſtrum paris vagi truncum pulmonibus, simúlque œsophagi tunicis ramulos plures impertire suprà diximus, unde ratio desumi potest, cur tussis molesta sæpè nauseam, imò & vomitum inferat: & vice versa cur ventriculi perturbatio nonnunquam molestam tussim, sine ullo pulmonum vitio inducat; utriusque enim affectus causa est, nî fallimur, quòd nervi per alterutram partem disseminati spasmo correpti, sæpè nervos in altera parte desinentes, in ejusdem affectus consensum trahant. Hinc pariter haud dubiè fit, ut interdum asthma, propter ventriculi labem inducatur, & tunc juxta experientissimi Riverij observationem pharmaco emetico curetur.

Ratio traditur, cur tussis molesta nauseam, aut vomitum sæpe inferat, & cur ventriculi perturbatio molestam tussim, sine ullo pulmonum vitio, aliquando inducat.

Siniſter octavi paris nervus suprà descriptis propaginibus emissis, quemadmodùm & dexter, retro cordis basim inferioribus dorsi vertebris accumbens in duos ramos dirimitur, qui per fibras quasdam simul coëuntes, quas ipsimet emittunt, invicem communicant, & deinceps furculis quibusdam exertis, qui œsophagi tunicis impenduntur, in unum truncum abeunt, qui fibram insignem œsophagum superantem dextro octavæ conjugationis nervo largitur, & deinde è postica cordis regione emergens diaphragma perforat, eóque perforato fibrillas quasdam superiori stomachi orificio impertitur, quæ unà cum occurrentibus nervi alterius lateris fibrillis, tantam inter cor & stomachum sympathiam constituunt, ut orificij superioris istius nimiæ vellicationi debilitas illius succedat, quæ animi deliquium vulgò dicitur.

Ratio cõsensûs, qui inter cor & stomachum reperitur.

Cùm primùm siniſter octavi paris nervus furculos quosdam superiori stomachi orificio impertiit, ut modò diximus, in duos ramos dividitur, quorum unus, qui interior est, in plures fibrillas divisus infimæ ventriculi parti, omento, necnon pyloro prospicit: alter verò in plures propagines

©BIU Santé

propagines diremptus, & nerveis quibuſdam fibris coaleſcens, quæ è plexu ganglioformi ſemilunari ſiniſtro prodeunt, nerveum plexum ſtomachicum efformat, demúmque in plexus meſentericos deſinit, de quibus ſequenti capite agetur. Vide *Tabulam* XXIII.

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis: in quo nervi duo ſpinales calvariam ſubeuntes, ſeu nervi acceſſorij VVilliſij deſcribuntur.* Cauſæ chylificationis exponuntur.

Innumeræ nervorum octavæ conjugationis propagines in tunicas ſtomachi explicantur, ut ſuprà indicavimus; quoniam ad illius actionem peragendam, neceſſum eſt ut ſpiritus animalis in ſingulas ejus partes copioſè influat, tum ut ipſius præſentiâ digeſtivo viſceris iſtius fermento robur aliquod addatur, adeóque velut in actum reducatur, cùm ut tunicæ illius naturalem tonum conſervent, earúmque fibræ muſculares, pro data occaſione, contrahantur: à quibus potiſſimùm chylificatio dependet. Præterea hoc ita à natura comparatum eſt, non modò ut ſtomachus ingeſtum quodvis alimentum diſſolvere poſſit, ſed etiam ut ſenſu exquiſitiſſimo præditus ſit, per quem alimenti cujuſvis ad vitam ſuſtentandam neceſſarij appetitus in anima excitetur, & propter quem alimenta tantùm ſibi familiaria, corporíſque viribus reſarciendis apta amplectatur, & hoſtilia ſibíque adverſa ſponte ſua, velut internoſcat & foras eliminet.

Nervi utriuſque acceſſorij VVilliſij deſcriptio.

Nervi duo ſpinales ad par vagum acceſſorij è medulla ſpinali inter antica & poſtica quarti paris nervorum ſpinalium principia, cum acuta cuſpide oriuntur, & in aſcenſu mole aucti ſpinalis ipſius medullæ lateribus accumbunt, iis, fibrillis quibuſdam admiſſis, ſuperficie tenus, annectuntur, & nervorum ſpinalium primo pari unam utrinque fibram largiuntur; ex quo fit, ut inter ipſos & nervos cervicis conſenſus habeatur. Iſtiuſmodi nervi intra cranium delati paris vagi fibris adjunguntur, & in utroque latere in unum truncum, ſaltem utplurimum coaleſcunt, adeóque iiſdem foraminibus è calvariâ egrediuntur, & ſtatim atque ex illa emerſerunt, nervi ſpinales à nervis paris vagi abſcedentes extrorſum reflectuntur, iiſque, poſt breve itineris commercium, relictis, ſuper muſculos cervicis deferuntur, quibus ut & illius tegumentis propagines quaſdam impertiunt: exinde verò ulterius protenſi ad muſculum trapezium perveniunt, cui ferè toti impenduntur. Vide *Tabulam* XXIII.

Nervi acceſſorij, quippe qui muſculis colli, & brachiorum proſpicere debebant, è medulla ſpinali exoriri debuerunt. Pa-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 234 sur 315

©BIU Santé

CAP. IV. *De nervis octavæ conjugationis, eorúmque muniis: in quo nervi duo spinales calvariam subeuntes, seu nervi accessorij Vvillisij describuntur.*

ris vagi nervis circa originem coalescunt; propterea áque sicut illi involuntariis tantùm motibus edendis inservire videntur. Revera illi spiritum animalem, quem devehunt, musculis affundunt, qui patheticos & extemporaneos quamplurimos motus perficiunt, quos juxta passionum impetus, animali minimè conscio, cervix & brachia obeunt; hominis enim cervix, ac præsertim brachia & manus, ut observavit Clarissimus VVillisius, ita animi pathematis, & quibusvis ferè illius conceptibus cerebri ministerio excitatis obsequuntur, ut fermè in omnibus quæ agimus, variis gesticulationum modis, quorum minimè arbitri sumus, continuò agitentur; ejusmodi autem gesticulationes ad motus reducuntur, quos *Lib.* I. *Cap.* XX. habituales nuncupavimus. Nihil ferè cogitamus aut loquimur, inquit Clarissimus VVillisius, *Anatomes cerebri Cap.* XXVIII. quin unà manus huc illuc jactentur; dúmque lingua hæsitat, aut vox faucibus hæret, dextra quasi gestu suo celeriùs animi sensa depromere satagens, exeritur. Profectò quòd partes istæ brachia nempe & manus quadantenus in cunctis animalibus, eminentiùs verò in homine cum cerebri & cordis affectibus, in motibus suis ita propriè conspirent, in causa esse videntur suprà memorati nervi, qui è medulla spinali exorti ad originem nervorum paris vagi accedunt, cum ipsis communicant, & ab iis obeundorum sine prævio voluntatis imperio motuum quorumdam velut tesseram accipiunt.

CAPUT V.

De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.

Nervorũ intercostalium descriptio.

NErvi duo intercostales vulgò dicti, quòd intra pectoris cavitatem, costarum radicibus accumbant, tantam cum nervis octavi paris affinitatem & communicationem habent, ut illorum descriptio istorum descriptionem immediatè excipere debeat, quò mutui utrorumque respectus faciliùs concipiantur. Isti nervi parium quinti & sexti nervis originem acceptam referunt; etenim unus nervorum sextæ conjugationis, & bini, rami majoris anterioris nervorum quinti paris surculi juxta utrumque sellæ equinæ latus simul coalescentes, in truncum nervi intercostalis desinunt, qui utrinque circa originem ad posteriora reflexus,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 235 sur 315

©BIU Santé

flexus, arteriæ carotidi ſubjicitur, & inter externam propriam, & adſcititiam illius tunicam rependo, è calvaria emergit, *ut Lib.* I. *Cap.* VIII. *de rete mirabili* diximus; Vide *Tabulam* XVII.

Cap. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Propter nervorum iſtorum natales velut mutuatitios, & cerebram communicationem, quam cum nervis octavi paris habent, efficitur ut inter cerebrum & viſcera medij, infimíque ventris tantus habeatur conſenſus, ut pro variis cerebri affectibus, imò & variis animæ ideis cerebri ipſius miniſterio excitatis, variè prædicta viſcera afficiantur: & vice verſa pro variis prædictorum viſcerum diſpoſitionibus, cerebrum necnon anima ipſa variè afficiantur, ob diverſas ſcilicet motûs determinationes, quas diverſi cerebri affectus, diverſæque animæ ideæ, aut diverſæ medij, imíque ventris viſcerum diſpoſitiones ſpiritui animali inducunt. Inde quoque ratio deduci poteſt, cur oculi, labra & reliquæ faciei partes, quibus nervorum paria quintum & ſextum propagines impertiunt, promptiſſimè ipſáque animâ neſciente, imò & reluctante, diverſis præcordiorum motibus obſequentes diverſas mutationes patiantur: & vice verſa, cur ſuprà memoratarum partium actioni præcordiorum motus è veſtigio obſequantur: ex. gr. in ſternutatione, ſtatim atque nerveæ fibræ, quæ in membranam narium interiora occupantem deſinunt, à re quavis acri vellicatæ corrugantur, illico diaphragma propter altiorem inſpirationem à ſpiritu animali per nervos intercoſtales devecto excitatam deprimitur, & ſubinde membranæ narium ſpaſmo remittente, ſeptum tranſverſum ſuperiora verſus vehementer retractum violentam expirationem excitat. Ubi verò diaphragma ob factam in partibus ſpuriis coſtis adjacentibus titillationem, ſpaſmo corripitur, intercoſtalium nervorum interventu cachinnos excitans, omnibus faciei partibus motus patheticos inducit.

Ratio ſympathiæ inſignis, quæ inter cerebrum & viſcera medij, imíque ventris habetur.

Nervi par intercoſtale conſtituentes plures continent plexus ganglioformes, quorum alios, habitâ nempe ſitûs eorum ratione, cervicales, alios thoracicos, & alios qui infimum intra ventrem latitant, ob quamdam figuræ æmulationem ſemilunares, & hordeiformes nominamus. Vide *Tabulam* XXIII. Ganglioformes iſtorum, quemadmodum & aliorum nervorum plexus è nerveis fibrillis, arteriolis & venulis, piâ craſsáque meninge involutis componuntur, ut *Cap.* I. diximus; quod à natura ità compara

Vſus plexuum gãglio formium, qui in nervis obſervantur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 236 sur 315

©BIU Santé

CAP: V. *De nervis intercostalibus, eorúmque meniis.*

comparatum esse videtur, ut in ipsis, tanquam conceptaculis hospitantis spiritus animalis vires arteriosi sanguinis appulsu foveantur atque conserventur; imò & reficiantur, cum is effætus evasit. Quòd si arteriosus sanguis plexus istos irrigans acribus, tenuibúsque succis scateat, vaporosi & mordaces quos emittit halitus, asservati ac velut stagnantis in illis spiritus animalis totam compagem penetrant & laxant, eámque laxando sulphureo-salinis illius particulis tenuissimo, quo diluuntur, succo lymphatico invicem ligatis inordinatos & quasi explosivos motus inducunt, qui nervorum spasmos producunt. Ex quibus maximè probabili conjecturâ inferre liceat, partium musculis, vel fibris muscularibus instructarum convulsiones, motúsque convulsivos, quemadmodum & nervorum corrugationes, saltem ut plurimùm, à fermentationibus pendere, quæ in ganglioformibus nervorum plexibus, ab occursu heterogeneorum succorum primùm excitantur, totíque illorum tractui protinus communicantur; rarò námque sive in convulsione, sive in convulsivis artuum motibus, & rariùs in spasmis nervorum, qui visceribus medij, imíque ventris prospiciunt, caput primò affici experientiâ comprobatur; etenim per aliquod tempus, utplurimum, mente constant, qui ejusmodi affectibus tentantur, quanquam sub finem invadentis paroxysmi sæpè sæpius facultates animales perturbentur; quod illorum caùsas nervorum principia rarò, ne numquam dicamus, occupare certum indicium est. Quæ cùm ita sint, ganglioformes nervorum plexus plurium diversi generis affectuum, à vitio sanguinis spiritui animali communicato pendentium fontes esse nemo non videt. Verumtamen inficias non imus, quin aliquando spiritus animalis sulphureis, & irretientibus succi nervosi particulis extricatus, aut iis è quibus conflatur, supra modum exaltatis, primò ipsum intra cerebrum inordinatè agitari, facultatum animalium actus perturbare, demúmque motuum partium capiti subjectarum anomalias excitare possit, quas hic explicare non est animus, ne à proposito nostro nimium digredi videamur.

Convulsio & motus convulsivus, ut plurimum à fermentationibus pendent, quæ in plexibus ganglioformibus nervorum excitantur.

Nervi intercostales è calvaria egressi circa supernam & infimam cervicis regionem in tumores oblongos, seu plexus ganglioformes excrescunt, atque adeò quatuor, binos scilicet utrinque plexus ganglioformes cervicales obtinent, quorum superiores, quibus nerveus surculus ex utroque nervorum octavi paris

plexu

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 237 sur 315

BIU Santé

plexu ganglioformi cervicali emissus coalescit, inferioribus crassiores existunt. Vide *Tabulam* XXIII. Inter plexus ganglioformes cervicales superiores nervorum intercostalium, & plexus ganglioformes cervicales nervorum octavæ conjugationis, nervei surculi interventu, communicatio habetur, ut jamjam indicavimus, propter quam in affectibus hystericis, & quibusdam hypochondriacis, guttur in consensum trahitur, iisque præfocationis sensus utplurimum supervenit. Hoc autem fit, quòd incipiens in istis nervis corrugatio, illorum ductu ulteriùs prorepere soleat, adeóque partes modò has, modò illas successivè invadat; etenim ubi spasmus in alterutro, vel utroque intercostali, aut octavi paris nervo oritur, & sursum tendens ad utriusque lateris plexus cervicales prorogatur, illico iis affectis, musculisque vicinis contractis, in gutture moles, seu tumor globum referens, cum præfocationis sensu excitatur, subindéque ratio nonnunquam perturbatur.

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

Hîc ostenditur, cur in affectibus hystericis, & quibusdá hypochôdriacis, guttur in consensum trahatur.

Quoties crassus quidam humor prædictos plexus ganglioformes, sicut & alios qui in pectore & abdomine continentur, extrinsecùs comprimit, vel ipsorum interiora occupat, & libero spiritus animalis commeatui obsistit, etiam sine illo cerebri vitio, intra pectus & abdomen reconditæ partes, quasi paralysi correptæ languescunt, muniáque sua imbecilliter obeunt; quòd si in ipsis ab heterogeneis & fermentantibus succis spiritui animali occurrentibus & intermistis, inordinati violentíque motus producantur, protinùs omnes, tum exteriores, tum interiores corporis partes in consensum trahuntur; videlicet quòd nervi intercostales cum nervis omnibus spinalibus communicent, ut inferiùs explicabitur, & medij, infimíque ventris partibus propagines suas impertiant; adeò ut mirum non sit, quòd in affectibus hystericis, & quibusdam hypochondriacis, modò totum corpus, modò dimidia, aut quædam tantùm illius pars graviore, vel leviore spasmo corripiatur, cùm modò uterque, modò alteruter solùm nervus intercostalis in toto suo tractu, vel in aliqua tantùm sui parte, graviùs vel leviùs affici possit.

Ratio imbecillitatis, quâ partes intra pectus & abdomen reconditæ nonnunquam afficiuntur.

Ratio cõsensûs, qui inter omnes, tum exteriores, tum interiores corporis partes habetur.

Nervi paris intercostalis circa singula vertebrarum internodia à nervis spinalibus (si primum & ultimum par excipias) utrinque ramulum accipiunt, ipsíque vicissim singulis nervis dorsalibus utriusque lateris (primo pari excepto) ramulum unum impertiunt.

Vide

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 238 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

Vide *Tabulam* XXIII. Ex quo fit, haud dubiè, ut intra pectoris cavitatem, unum tantùm plexum ganglioformem contineant. Quæ inter prædictos nervos habetur communicatio, non solùm insignem inter externas & internas corporis partes sympathiam constituit, propter quam alterutris affectis, aliæ in consensum trahuntur, sed & alia præstat; nam propter illam efficitur, ut nervi intercostales iteratâ ad partes solidas appensione, quasi crebro fulcimine ad longum iter conficiendum firmiores evadant: hac quoque ratione efficitur, ut per emissos è nervis spinalibus ramulos, velut distinctos aditus, manantis è medulla spinali spiritus animalis copias subsidiarias admittant. Præterea suprà memoratorum nervorum communicatio illud efficit, ut nervi involuntariis motibus obeundis dicati certiora invicem commercia habeant, & in mutua subsidia interdum excitentur; proindéque mixtis, seu partim voluntariis, & partim involuntariis motibus edendis inserviant. Inde tandem conficitur, ut siquando spiritus animalis in alterutra provincia deficiat, ejus supplementa ab altera petantur; videlicet si spiritûs animalis influxus per nervos parium, intercostalis & octavi versus præcordia impediatur, requisitus ad vitam sustinendam illius commeatus per ramulos è nervis spinalibus emissos substitui potest, & vice versâ obstructâ medullâ spinali, spiritúsque animalis per ipsam influxu prædito, necessaria illius copia partibus respirationi peragendæ dicatis à nervis intercostalibus suppeditari potest; probabile námque est, in apoplexia, & aliis ejusmodi affectibus, in quibus cerebro affecto, spiritus animalis ad cor destinatus, in ipso fonte eclipsim patitur, per suprà dicta emissaria, ramulos nempe è nervis spinalibus emissos, nervísque intercostalibus coalescentes, subsidia quædam deferri, quæ cordis, aliarúmque medij, imíque ventris partium tonum sustineant, eásque muniis suis, saltem ad aliquod tempus præstandis aptas reddant.

Nervi intercostales circa cervicem ex interna sua parte, quà videlicet asperam arteriam respiciunt, quatuor aut quinque utplurimum surculos emittunt, qui musculis, longis scilicet & scalenis collum unà cum capite anteriora versùs flectentibus impenduntur: externâ verò è parte fibram unam exerunt, quæ venam jugularem externam circumligat, & in adjacentibus ipsi membranis terminatur. Hinc fit ut affectis pectoris & abdominis partibus,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 239 sur 315

©BIU Santé

partibus, quibus nervorum par intercoſtale proſpicit, cervix in conſenſum trahatur. Præterea paulò ſupra plexum cervicalem inferiorem, unum utrinque ramulum emittunt, qui arteriam axillarem ſuperſcandit, & pectoris cavitatem ingreſſus in plexum ganglioformem thoracicum inſeritur; adeò ut nervi incoſtales, veluti circulo facto, arteriam utramque axillarem circumligent: unde ratio evidens deſumitur, cur illis ſpaſmo correptis brachia frigida evadant; hoc enim fit, quòd arteriæ axillares nerveis ejuſmodi vinculis arctiùs conſtrictæ ad illa ſanguinem tranſmittere nequeant. Utramque arteriam axillarem nervis velut loris circumligaſſe videtur natura, quò ſanguis propter viſcerum, quibus nervi intercoſtales proſpiciunt, munia & neceſſitates uberiori affluxu deorſum propellatur; id autem nervorum intercoſtalium miniſterio facilè præſtari videtur, cùm illi prædicta vaſa ſanguifera ſtringendo, motum ſanguini inducant, oppoſitum illi quem nervi recurrentes moliri ſolent. Re quidem ipſa, cùm ſanguis & ſurſum & deorſum tendens, verſus utramvis metam, modò parciùs, modò copioſiùs influere ſoleat, ideo nervi tanquam ejus incitamenta aut remoræ, tum in ſuperiore, tum in inferiore circuitus illius regione, circa vaſa ſanguifera variè diſponuntur.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Nervi par intercoſtale conſtituentes, intra medium & infimum ventrem, non ſimili prorsùs ratione, in utroque latere divaricantur atque diſtribuuntur; proptereáque ut diſcriminis quod ipſis intercedit, ſingulæ rationes cuivis planè innoteſcant, reliquas illorum propagines ſeorſim enumerabimus, initiúmque à nervo intercoſtali dextro ducemus, qui modò è plexu ſuo cervicali inferiore, modò paulò ſupra ipſum, unum emittit ramulum, qui verſus inferiora delatus, pericardium perforat, eóque perforato, & nervulo è ſuperiore nerveo plexu cardiaco emergente admiſſo, unam aortæ tunicis fibrillam impertit, deinque arteriæ pulmonaris trunco ſuperato, in alias atque alias fibrillas dirimitur, quæ per anticam cordis regionem diſſeminantur.

Nervus intercoſtalis dexter pectoris cavitatem ingreſſus, intumeſcit; adeò ut ubi loci craſſior factus, plexum unum ganglioformem primæ dorſi vertebræ accumbentem obtineat, quem thoracicum nominamus. Ex infima plexus iſtius parte nerveus ſurculus oritur, qui in nervum dextrum octavi paris inſeritur, & infra ipſum, nervus idem intercoſtalis dexter, antequam abdominis ca-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 240 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

vum subeat, ex utroque latere suo, undecim exerit ramos, quorum exteriores nervis dorsalibus coalescunt: interiores verò sex tenuiores, & quinque crassiores sunt: tenuiores in membranas vertebris dorsi superstratas explicantur: crassiores quod attinet, tres superiores simul coalescentes in eumdem truncum abeunt, qui diaphragmate perforato, in tumorem seu plexum ganglioformem figuræ semilunaris quadantenus æmulum excrescit, è quo primùm in homine ramulus unus in brutis desideratus oritur, qui sursum delatus, partim in carneam diaphragmatis substantiam, & partim in nerveum illius circulum inseritur. Hinc ratio deducitur, cur ob titillationem circa hypochondria factam, risus in homine moveatur, ejúsque vultus patheticè figuretur. Deinceps è parte superna plexus ejusdem, quem propter quamdam figuræ æmulationem, similunarem nuncupamus, sex emergunt fibræ, quarum tres inferiores ac minores vesiculæ felleæ, vasis cholidochis, pyloro, intestino duodeno, & pancreati impenduntur: in hunc haud dubiè finem, ut partium istarum ductus excretorios pro re nata constringant, & veluti succutiant, quò turgescentes in illis succi, ut par est, in intestina protrudantur. Superiores ac crassiores tres fibræ è superna prædicti plexus semilunaris parte prodeuntes, & arteriam hepaticam, adinstar reticuli investientes invicem coalescunt, sursúmque tendentes, unà cum fibrillis quibusdam nervi dextri octavi paris, quibuscum communicant, nerveum plexum hepaticum constituunt, cujus interventu inter hepar & stomachum magna sympathia habetur. Vide *Tabulam* XXIII.

Hîc ostenditur, cur ob titillationem circa hypochondria factã, risus in homine moveatur.

Ratio sympathiæ, quæ inter hepar & stomachum habetur.

Arteria hepatica, cujus propagines solummodo radices comitantur, quas porus bilarius, & vena porta in acinosis hepatis glandulis agunt, nerveis fibris reticulum æmulantibus circumligata est, ut paulò suprà indicavimus; quod ad hunc modum provida comparavit natura, ut hæc, quippe quæ nullam venam sanguini, quem devehit, regerendo dicatam, comitem habet, non citiùs & uberiùs, sed paulatim, & parcè sanguinem glanduloſæ hepatis substantiæ affundat; secùs enim periculum esset, ne à sanguineo latice affatim irruente, & extra ripas suas transfuso, inflammatio in hepate excitaretur, aliorúmque rivorum illius sanguiferorum decursus perturbaretur.

Plexus hepatici fibræ quædam sursum elatæ, circa pylorum cum fibris quibusdam nervi dextri octavi paris communicant, ut

suprà

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 241 sur 315

©BIU Santé

ſuprà diximus, unde ratio deducitur, cur ob vellicationem circa ventriculum factam, bilis è cyſti fellea in duodenum emulgeatur, quæ propter ejuſdem inteſtini ſpaſmum in ventriculum ſublata, vomitu rejicitur; nervi enim ſtomachi à re quapiam moleſta vellicati, ſurſúmque retracti, nervos hepar, cyſtim felleam, & ductus bilarios reſpicientes, utpote ſibi alligatos adducunt, & in conſenſum ſpaſmi verſus ſuperiora producti trahunt; ex quo fit ut ſtomachus primò laceſſitus corrugatione ſua bilem ad ſe trahat, & in proprium ſinum proliciat. Imò ſi bilis ſupra modum turgeſcens, adeò acris ſit, ut in duodenum illapſa illius nervos vellicet, ventriculo in conſenſum tracto, ejúſque nervis irritatis, vomitus cholericus non rarò inducitur.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Poſtquam nervi intercoſtalis dextri plexus ganglioformis ſemilunaris ſuprà deſcriptas propagines emiſit, modò in quinque, modò in plures aut pauciores fibras divaricatur, quæ cùm in plexus meſentericos deſinant, de quibus inferiùs agetur, inſignem conſenſum ſtatuunt, qui inter omnes imi ventris partes reperitur. Vide *Tabulam* XXIII.

Inferiores duæ fibrarum quinque craſſiorum, quas nervus intercoſtalis dexter intra medij ventris cavitatem latitans exerit, diaphragma tranſgreſſæ invicem coaleſcunt, nerveúmque plexum efformant, quem renalem dextrum appellamus, cujus ramulus ſuperior ac exterior in plures fibrillas diviſus, in membranas renem dextrum ſuccingentes explicatur: alter verò ramulus ſuperior ac interior plexui ganglioformi ſemilunari dextro coaleſcit, & fibrillis quibuſdam in partes reni vicinas dimiſſis, in membranas infimam renis ejuſdem partem obducentes inſeritur. Iſtius autem ramuli miniſterio, quædam inter renem dextrum & alias abdominis partes ſympathia conſtituitur: reliqui nervei plexus renalis dextri ramuli, duobus jamjam deſcriptis intermedij, ſurculis in membranas vicinas tranſmiſſis, invicem coaleſcunt, renísque vaſa circumligant, ac demum in alios atque alios ſurculos divaricati, interiorem illius ſubſtantiam penetrant. Vide *Tabulam* XXIII.

Nervi intercoſtalis dextri truncus abdominis cavitatem ingreſſus, circa internodia vertebrarum lumborum & oſſis ſacri exiguos in tumores excreſcit, quos habitâ figuræ ipſorum ratione, plexus ganglioformes hordeiformes nuncupamus: ramulos qua-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 242 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

tuor nerveis plexibus meſentericis impertitur: denique in duos ramos, exteriorem nempe, & interiorem dividitur: exterior, qui minor eſt, nervo dextro primi paris nervorum oſſis ſacri coaleſcit, & unà cum illo, in dextrum nervum cruralem poſticum deſinit; proindéque magnus inter pedem dextrum, & reliquas tum internas, tum externas corporis partes conſenſus habetur. Prædicti trunci, nervi intercoſtalis dextri ramus interior in plures fibras dirimitur, quæ partibus intra regionem hypogaſtricam reconditis, ipſíque ano proſpiciunt, ut inferiùs declarabitur. Vide *Tabulam* XXIII.

Ratio cõſenſûs, qui inter pedẽ dextrum, & reliquas corporis partes reperitur.

Nervus intercoſtalis ſiniſter ex infima plexûs cervicalis ſuperioris parte fibram unam emittit, quæ deorſum tendens in anticam pericardij partem deſinit. Illius autem fibræ interventu efficitur, ut nervo intercoſtali ſiniſtro ſpaſmo correpto pericardium convellatur, & diaphragma ſurſum retractum teneat; unde reſpiratio difficilis oritur. Vide *Tabulam* XXIII. Nervus idem intercoſtalis ſiniſter pectoris cavum ingreſſus intumeſcit, adeóque ſicut & dexter, circa ſupernam medij ventris regionem, plexum unum ganglioformem obtinet, ex infima cujus parte nervei duo prodeunt ramuli, quorum ſuperior, fibrillis duabus emiſſis, quæ per œſophagum & tracheam diſſeminantur, aliam exerit quæ in nervum ſiniſtrum octavi paris inſeritur: inferior verò unam pariter fibrillam œſophago, ipſíque accumbentibus & annexis glandulis impertitur, & ambo deinde verſus mediam pectoris regionem deflexi, ubi ad poſticam aortæ partem pervenerunt, in plures ſurculos invicem communicantes dividuntur, atque unà cum fibris quibuſdam nervorum octavi paris, quibuſcum implicantur, inſignem nerveum plexum aortæ, & aſperæ arteriæ interjectum efformant, in quo tanquam promptuario ſpiritus animalis, velut internuncius reciprocas cerebri & cordis impreſſiones ultra citráque ferens, aſſervatur. Nerveus iſte plexus fibrillis quibuſdam exertis, quæ in pulmonum lobos, glandulas in ſuperna illorum parte, retro aſperam arteriam conſtitutas, & aortæ tunicas inſeruntur, totus pericardio, & cordi impenditur, ut *Tabula* XXIII. explicatio docet; propterèaque illum, nerveum plexum cardiacum ſuperiorem nominamus, qui ex infima ſui parte binos ſimul coaleſcentes ramulos emittit, qui poſtquam aortæ, cujus ſiniſtro lateri ſimul uniti aſſident, fibrillam

Nerveus plexus aortæ & tracheæ interjectus internuncij vices gerit.

unam

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 243 sur 315

©BIU Santé

unam impertiti ſunt, in multas propagines deſinunt, quarum aliquæ pulmonarem arteriam in quam inſeruntur adinſtar annuli circumligant : reliquæ verò invicem complicatæ nerveum plexum minorem conſtituunt, qui habitâ ſitûs ratione nerveus plexus cardiacus inferior dicitur, cujus ſurculi in *Tabula* XXIII. abſciſſi repræſentantur ; quoniam illi per poſticam cordis regionem diſtribuuntur, quæ in prædicta tabula non exhibetur. Profectò nervi adeò copiosè per cor, & auriculas ejus diſperguntur, ut nullus videatur eſſe ambigendi locus, quin motui illius peragendo conducant, quatenus fibroſam ejus ſubſtantiam ſpiritu animali perfundunt, ut *Lib.* I. *Cap.* IV. explicuimus.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Quod attinet ad nervos viſceris iſtius vaſa circumligantes, illi tanquam lora ſanguiductibus illis injiciuntur, ut iis pro ſanguinis motu, juxta varios tum animi, tum corporis affectus, variè determinando, modò magis, modò minùs arctè conſtringendis inſerviant.

Plures in pericardium, quemadmodum & in cor nervuli abſumuntur, quorum miniſterio non ſolùm exquiſito ſenſu præditum, ſed & motûs contractionis capax eſt, ubi ſcilicet animalis quo perfunditur ſpiritus irritatur ; atque adeo quoties materia quædam infeſta ipſum obſidet, & vellicat, illam ſeſe contrahendo excutere nititur, violentíque & dolorifici illius ſuccuſſus ſpirandi difficultatem, necnon inordinatas cordis vibrationes producunt, quæ à naturali ejus motu manifeſtò differunt.

Suprà memorati nervei plexus cardiaci & vertebrales, carotidéſque arteriæ mutuum, quod cerebro & cordi intercedit commercium, mutuóſque illorum reſpectus ſuſtinent ; iſtæ námque cerebrum proſiliente è ſiniſtro cordis ventriculo ſanguine irrigant : illi verò manantem è cerebro ſpiritum animalem cordi affundunt ; atque adeò ſtricta, quæ inter hæc viſcera habetur ſympathia conſervatur, eorúmque affectiones invicem communicantur ; nerveorum enim plexuum cardiacorum interventu, quævis animi pathemata cerebri miniſterio excitata protinus cor, ipſíque appenſas partes, pericardium ſcilicet, diaphragma atque pulmones afficiunt ; ex quo fit ut ſanguinis motus unà cum pulſu & reſpiratione, pro variis animi pathematis variè alterentur. Deinde ob alteratum cruoris motum non modò affatim,

Mutuum, quod cerebro, & cordi intercedit, commercium explicatur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 244 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

uberiúsque per nervos è cerebro derivati spiritûs animalis nisus in carneas cordis fibras collatus eorumdem nervorum ductu in cerebrum retorquetur; verùm & ipse sanguis accensus, naturali suo cursu immutato, & tumultuosâ fluctuatione agitatus, cerebrum appellit; adeóque spiritum animalem, in ipso fonte variis impulsibus agitando, alios atque alios conceptus excitat, propter quos denuò cor diversimodè afficitur; eáque ratione prædicta viscera, nervorum & arteriarum ministerio, mutua sibi subsidia præstant, & sese vicissim afficiunt. Hinc fit ut veteres tum Theologi, tum Philosophi sapientiam in corde non prorsùs immeritò posuerint; cùm sapientiæ & virtutum opera à mutuo, quod cordi cum cerebro intercedit, commercio plurimùm pendere constet; etenim ut judicij, & appetitûs actus ritè eliciantur, sanguinis fluctus in pectore coërceri, ejúsque sicut & ipsius cordis motus inordinatos, à nervis utpote spiritum animalem vehentibus, componi oportet.

Sapientiã in corde veteres, tum Theologi, tum Philosophi non immeritò posuerunt.

Nervùs intercostalis sinister suprà descriptis propaginibus exertis, antequam infimi ventris cavitatem ingrediatur, quemadmodum & dexter, ex utroque suo latere undecim exerit ramos, quorum exteriores in nervos dorsales inseruntur; adeóque inter dorsales ipsos, & intercostales nervos sympathia strictior habetur, quàm inter reliquos nervos spinales. Inde fit ut in omni nervorum intercostalium spasmo, respiratio quæ partim nervorum dorsalium ministerio peragitur, magis quàm artuum motus, utplurimum lædatur. Interiores undecim rami, quos infra plexum ganglioformem thoracicum nervus intercostalis sinister emittit, sex tenuiores, & quinque crassiores existunt: tenuiores, ut & in latere dextro, in membranas vertebris dorsi accumbentes desinunt: crassiorum verò tres superiores in unum truncum coalescunt, & diaphragmate perforato, unà cum duobus inferioribus in plexum ganglioformem, figuram semilunarem quadantenus referentem abeunt, & in descensu infimus ipsorum ramus 67 membranis renem sinistrum investientibus fibrillas duas largitur.

Ratio traditur, cur in omni nervorum intercostalium spasmo, respiratio, magis quàm artuum motus utplurimum lædatur.

Ex utroque plexûs ganglioformis semilunaris sinistri latere nervei ramuli plures emergunt, quorum interiores sinistri octavi paris nervi ramulis quibusdam occurrentes & coalescentes, nerveum plexum constituunt, quem utpote stomacho subditum, stomachicum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 245 sur 315

©BIU Santé

ſtomachicum nominamus, ac deinceps in plexus meſentericos deſinunt: exteriores verò partim ſurſum, & partim deorſum inclinantur: qui ſurſum deferuntur, invicem communicantes, nerveum plexum lienarem efformant, cujus nervei funiculi ſanguifera ſplenis vaſa obligant, intimámque illius compagem penetrant, ſi quoſdam exceperis, qui in membranam quâ ſuccingitur explicantur. Exteriores ramuli plexûs ganglioformis ſemilunaris ſiniſtri, qui deorsùm reflectuntur, invicem complicati (omnium infimo renis ſiniſtri membranis proſpiciente excepto) nerveum plexum renalem ſiniſtrum conſtituunt, cujus propagines ſiniſtri ipſius renis ſanguiferos ductus ſtringunt, illiuſque interiora ſubeunt. Vide *Tabulam* XXIII.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Nerveos plexus ſtomachicum, lienarem, hepaticum, & utrumque renalem, plexus meſenterici ſuperioris interventu invicem communicare ſuprà dicta planè demonſtrant; atque adeò mirum non eſt, quòd lienis inflationibus, nephriticis & colicis doloribus vomitus utplurimum ſuperveniat; cùm per ejuſmodi communicationem inter omnes abdominis partes, ac præſertim inter ſtomachum, inteſtina, lienem & renem ſiniſtrum adeò ſtricta ſympathia habeatur, ut ſpaſmo in parte quapiam, aut viſcere, quod ſuprà memorati plexus reſpiciant, incepto, mox aliæ partes, ad quas nerveæ plexuum eorumdem fibræ pertingunt, in conſenſum trahantur. Imò nervorum ductu fieri videtur, ut dolores hypochondriorum è ſiniſtro latere in dextrum, & è dextro in ſiniſtrum ſæpius tranſcurrant; quatenus ſcilicet ſpaſmus in nerveis alterutrius lateris plexibus inceptus, in plexus oppoſitos traducitur. Vide *Tabulam* XXIII.

Nerveorũ plexuum intra imũ ventrem reconditorum miniſterio, partes omnes imi ejuſdẽ ventris invicem cõmunicant.

Nervei plexus lienaris funiculi, præterquam quòd membranam lienem extrinſecùs ſuccingentem ſenſûs tactûs capacem reddunt, in ipſo, ſpiritûs animalis ope quo turgent, muſculoſarum fibrarum vices ſupplent; adeóque totam ejus compagem, quaſi retiformi fibrarum texturâ conſtantem velut ſuccutiendo, non ſolùm lienoſi ſanguinis motum urgent, ſed etiam ſubacidæ lymphæ, quâ vulgò imprægnatus creditur, ſecretioni promovendæ, & huic ubi à ſanguine ſecreta fuit, in veſiculas lienis exantlandæ conducunt.

Nervûs autem ſplenicos motus quoſdam perficere, inde planè colligitur, quòd magnæ perturbationes, quæ in ſiniſtro hypochondria

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 246 sur 315

©BIU Santé

Cap. V. *De nervis intercostalibus, eorumque muniis.*

pochondriacorum latere excitari solent : uti cùm partium internarum constrictiones, ac interdum violenti succussus doloribus vagis hàc illàc excurrentibus comitati percipiuntur, à nervorum splenicorum corrugationibus pendeant, quæ non solùm in lienis procinctu tumultus cient, sed etiam cordi, imò & aliquoties toti corpori motus inordinatos inducunt; hypochondriacos enim observare est, quibus statim à liene perturbato, præcordia deorsum tracta immaniter comprimuntur ac constringuntur; adeò ut ipsi valdè tristes, & animo dejecti de summa pectoris angustia, spirandi difficultate, aliísque gravibus affectibus qui lienosis passim obveniunt conquerantur, & sese moribundos existiment.

Sympathica ejusmodi symptomata ex occasione producuntur, quòd nervei plexus lienaris fibræ è nervo intercostali siniſtro prodeuntes, plexûs ganglioformis semilunaris siniſtri interjectu cum fibris pluribus è siniſtro octavi paris nervo exertis uniantur; unde fit ut illæ spasmo correptæ istas, & deinde siniſtri nervi intercostalis, simúlque siniſtri octavæ conjugationis nervi truncos, præcordiis prospicientes deorsum contrahant.

Quòd si sæpius iteratæ nervorum splenicorum contractiones adeò vehementes sint, ut scatentem pravis succis splenem supra modum concutiant, excussæ è sinu illius fæculentiæ, & in vasa majora uberiùs exantlatæ, mox sanguinem turbidum & quasi limo inquinatum reddunt, eúmque aliquando acrimoniâ suâ adeo exasperant, ut mordaces illius particulæ velut aculei, cor & partes reliquas pungant : imò & in spleneticis quibusdam spiritum animalem ita afficiant, ut in illis rationem obscurent, animíque affectus, ac præsertim tristitiam multùm intendant.

Nervi plexus renales constituentes arterias emulgentes amplexantur, & variè circumligant; proindéque earum truncos & propagines sensim concutiendo, sero à sanguine in glanduloſa renum substantia secernendo, & per ductus urinarios in pelvim eorum protrudendo inserviunt. Inde fit ut in magna renum difficultate, aut periculo quodam, cùm nervi renales præ timore, spasmo corripiuntur, frequens & copiosior mictio, eáque non rarò dolorifica excitari soleat.

In imo ventre nervei tres plexùs è pluribus nervi utriusque intercostalis, & quibusdam nervi siniſtri octavæ conjugationis

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 247 sur 315

©BIU Santé

jugationis propaginibus conflati lumborum vertebris accumbunt; illos utpote fibras ſuas, maximam partem meſenterio, ipsíque appenſis partibus impertientes, meſentericos appellamus, & habitâ ſitus eorum ratione, in ſuperiorem qui omnium maximus eſt, medium, & infimum diſtinguimus. Vide *Tabulam* XXIII. Nervei plexus iſti ſunt velut ſpiritus animalis promptuaria, è quibus pro re nâta per fibrarum quaſi turmas, in varias abdominis partes diſpenſatur, quæ multiplici propaginum nervearum apparatu inſtruuntur, ut ex ſuprà dictis patet; quod à natura ita comparatum eſt, ut illæ ſensûs, motúſque varios actûs edant, qui vitæ conſervandæ maximè neceſſarij ſunt; re quidem verâ ſpiritûs animalis ope, quo ſcilicet perfunduntur, quicquid noxium chylo, aut ſanguini permixtum ad ipſas appellit, id illic velut internoſcunt & excutere nituntur, præſertim ſi tantam ipſis vim inferat, ut inde ſenſatio excitetur, quæ doloris nomine exprimitur.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque muniis.*

Præterea licèt imi ventris viſceribus minimè conveniat ſenſibilis motus localis, qui muſculorum niſu conficitur; quò miranda œconomia animalis ſuſtineatur, inteſtini & quaſi vermiculares motus ab illis, aut in illis fibrarum nervearum miniſterio peraguntur. Etenim propagines nerveæ in viſcerum membranas, vaſorum tunicas, & intimam parenchymatum compagem protenſæ, exiguorum muſculorum vices ſupplent; adeóque ſpiritûs animalis vi, quo turgent, pro vario quo diſponuntur modo, variè contrahuntur, ſimúlque inſitas viſcerum fibras vario ritu diſpoſitas ad motum provocant, iíſque, veluti totidem digiti ſingulis plectri chordis, præpoſitæ illarum actionem determinant & moderantur; illas enim modò ſimul, modò ſucceſſivè, modò ſurſum, modò deorſum, modò in orbem contrahunt; quoniam illæ non uti in muſculis unius generis, uniúſque poſitionis ſunt, ſed aliæ rectum, aliæ obliquum, aliæ tranſverſum, & aliæ orbicularem ſitum obtinent.

Ex ſuprà dictis intelligi poteſt, quâ ratione, propriæ infimi ventris partium texturæ miniſterio, ſpiritus animalis vi, peculiari fermento ab arteriis alicubi ſuppeditato, & ſanguinis arterioſi impulſu alimenti in ſtomachum ingeſti coctio, chyli ſubactio, heterogenearum illius, ſicut & ipſius ſanguinis particularum ſecretio, & ſingularum verſus deſignatas exportatio peragantur.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 248 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

Plexus meſentericus ſuperior, qui ſæpiſſime immanis colici doloris crebrâ vomitione comitati ſedes eſt, nerveas quibus conſtat fibras, quaſi radios quaquaverſus in orbem diſpergit, eáſque maximam partem inteſtinis largitur, quorum actionem quamvis, ac præcipuè periſtalticum motum perficiunt, qui ſcilicet editur dum nerveæ inteſtinorum fibræ unà cum circularibus ſucceſſivè agendo, motum quemvis inceptum, proceſſu velut ſpirali, inferiora verſus prorogant; atque adeò nervei funiculi ad inteſtina delati, quaſi molitorum vices gerentes, hæc perpetuò humoris alibilis præparandi, & in omnes partes exportandi gratiâ, tum in vigilia, tum in ſomno circumagunt.

Tendentes verſus inteſtina nerveæ fibræ ſurculis pluribus, in membranas meſenterij deſinentibus emiſſis, vaſa meſaraica pluribus in locis ſuperſcandunt, variéque circumligant, eum haud dubiè in finem, ut ſanguinis, chylíque curſum promoveant atque moderentur. Porrò nerveus plexus meſentericus ſuperior glandulis meſenterij, & glandulis receptaculum Pecquetianum in homine conſtituentibus, quamplurimas fibras impertitur; quod ità à natura comparatum videtur, ut nerveæ iſtæ fibræ in prædictas glandulas ſpiritum quemdam animalem, unà cum ſucco nervoſo minùs defæcato exonerent, in quibus vaſorum lymphaticorum oſcula ſubit, eorúmque interventu in receptaculum Pecquetianum exantlatur, ubi chylum diluit, & deinde cum ipſo per ductum thoracicum, tendinoſorum diaphragmatis finium & aortæ deſcendentis impulſu, in venam axillarem ſiniſtram, ac demum in venam cavam deſcendentem tranſmittitur: ibique refluo è capite & brachiis ſanguini admiſcetur; in hac enim opinione ſumus, ſpiritum quemdam animalem unà cum nervoſo quodam ſucco, circularem in corpore motum obire; adeo ut è nervis elapſus, in diverſis corporis glandulis lymphæ, quæ in ipſis arterioſo è ſanguine elicitur, admiſceatur, & deinceps vaſorum lymphaticorum, receptaculi Pecquetiani & ductus thoracici interjectu, in vaſa ſanguifera refundatur, in quibus activorum ſanguinis principiorum vires attritas refocillet atque conſervet.

Spiritus quidam animalis circularé in corpore motum obit.

Nerveus plexus meſentericus medius fibras ſuas meſenterio, inteſtinis, & aortæ deſcendentis, necnon venæ cavæ aſcendentis tunicis largitur: infimi verò propagines in membranas inferioribus lumborum, & omnibus oſſis ſacri vertebris ſuperſtratas, tunicas inteſtini recti, veſicam, ac præterea in teſtes fœmineos, ipſúmque ute-

rum

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 249 sur 315

©BIU Santé

rum abſumuntur ; unde fit ut in affectibus hyſtericis, imi, mediíque ventris viſcera, ipſúmque caput, imò & reliquæ partes in conſenſum trahantur ; adeò ut ſi materia morbifica in fœmineis teſtibus, aut ipſo utero congeſta, & reſtagnans ita mordax & infeſta ſit, ut nerveas illorum fibras vellicando, & vaporoſis, acribúſque quos emittit halitibus, hoſpitanti in illis ſpiritui animali inordinatos motus inducendo, ſpaſmos vehementes in plexu meſenterico infimo excitet, illico ſpiritus animalis medij, & ſuperioris incola, inordinato & quaſi exploſivo motu cietur; proindéque nervos omnes meſaraïcos variè contrahendo, inteſtina ac præſertim tenuia circa umbilici regionem variè congregat, ita ut modò unius, modò plurium globorum figuram æmulentur, & abdominis intumeſcentiam producant, quam non pauci Medici ab aſcendente utero excitari crediderunt ; quod à vero prorsùs alienum eſt ; nam licèt hæc pars, dum fœtum ſinu ſuo comprehendit, aut quavis à cauſa præternaturalem in tumorem aſſurgit, ſuperiora verſus protendatur, hæc utpote in loco ſuo fixa, validíſque ligamentis ſtabilita numquam ſurſum efferri poteſt ; præterea inteſtini recti tunicis, & veſicæ collo adeo arctè annectitur, ut ſi è ſede ſua dimota ſurſum aſcenderet, partes iſtas ſecum traheret ; quod fieri non poſſe nemo non videt.

CAP. V. *De nervis intercoſtalibus, eorúmque munijs.*

Nervus intercoſtalis ſiniſter abdominis cavum ingreſſus, ſicut & dexter, plexus ganglioformes hordeiformes obtinet, ramulos quatuor nerveis plexibus meſentericis impertitur, & deinde in duos ramos, exteriorem nempe & interiorem divaricatur: exterior qui minor eſt, nervo ſiniſtro primi paris nervorum oſſis ſacri coaleſcit, & unà cum illo in ſiniſtrum nervum cruralem poſticum deſinens ſympathiam conſtituit, quæ inter pedem ſiniſtrum, & reliquas tum internas, tum externas corporis partes reperitur. Vide *Tabulam* XXIII. Interior verò quemadmodum & interior alter lateris dextri plures emittit propagines, quarum aliæ ſurculos quoſdam ureteribus tribuunt, qui illos ſenſûs tactûs capaces reddunt, ſecretóque in renibus ſero verſus veſicam protrudendo aliquatenus inſerviunt, & aliæ in rectum inteſtinum, & levatores illius muſculos, fœmineos teſtes, ipſúmque uterum, veſicam ejuſque ſphincterem, veſiculas ſeminales, proſtatas & ani ſphincterem inſeruntur.

Ratio cõſenſûs, qui inter pedẽ ſiniſtrum, & reliquas corporis partes reperitur.

Ex ſuprà dictis ratio facilè deſumi poteſt, cur mictio dolo-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 250 sur 315

©BIU Santé

Cap. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

rifica tremulos, & velut convulsivos totius corporis motus interdum excitet ; hoc enim fit quoniam vesicæ nervuli acerrimè vellicati corrugantur, eorúmque spasmus nervorum intercostalium ductu nervis spinalibus communicatur ; atque adeo partes omnes in consensum trahuntur, & ob perturbatum hospitantis in toto systemate nervoso spiritus animalis motum, tremulis iisdem motibus corripiuntur. Ex his quoque intelligitur, necessum esse, ut affecto vesicæ sphincter, ani sphincter illico afficiatur, tum propter viciniam, tum quòd utriusque nervuli ramuli, 86, interventu simul communicent.

Cùm nervi octavi paris, & bini intercostales nec dissimili, nec simili prorsus ratione in utroque latere divaricentur, ut quivis illorum distributionem facilè caperet, ipsorum propagines utrinque similes iisdem, dissimiles verò distinctis characteribus designavimus ; propterea̓que in explicanda sequenti tabula, in qua repræsentantur, ramos nervorum unius tantùm lateris indicabimus; atque adeò quævis similitudinis, & dissimilitudinis rationes, quæ utriusque lateris nervis intercedunt, suo ubique loco clarè patebunt.

TABVLA XXIII.

Octavi paris, & binos intercostales nervos exhibet.

A. *Truncus nervi quintæ conjugationis.*

B. *Ramus major anterior nervi quinti paris.*

C. *Ramus major posterior nervi quintæ conjugationis.*

D. *Truncus nervi sexti paris.*

a. a. *Truncus nervi intercostalis.*

E. *Truncus nervi octavi paris.*

b. *Nervus spinalis ad par vagum accessorius, qui è calvaria egrediendo, eâdem quâ nervus octavi paris tunicâ communi obducitur ; adeóque ipsi coalescere videtur : mox verò è calvaria egressus ipsum deserit in* o. o. o.

c.

d. *Nervus noni paris.*

Fibrillæ nervi noni paris, quæ in glandulas maxillarum posteriora occupantes absumuntur.

e. *Nervus decimæ conjugationis.*

f. *Propago nervi quinti paris, quæ per linguam distribuitur, si surculos ipsius,* g. g. g. *exceperis, qui in glandulas maxillares inseruntur.*

h.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 251 sur 315

©BIU Santé


Tabula xxx
folio 204
Beaudeau sculpsit monspelii

©BIU Santé

h. *Fibra rami durioris nervi septimi paris, quæ propagini nervi quintæ conjugationis, f. coalescit, & unà cum ipsa per linguam disseminatur.*

i. *Nervus primi paris nervorum cervicalium.*

k. *Ramulus nervi primi paris nervorum cervicalium, qui in propaginem f, nervi quintæ conjugationis inseritur, & unà cum illa per linguam distribuitur.*

l. *Ramulus nervi primi paris nervorum cervicalium, cujus fibra, m, in nervum secundi paris nervorum cervicalium inseritur: fibra verò, n, in musculos obliquos, superiorem scilicet, & inferiorem capitis absumitur.*

o. *Nervea fibra, cujus intervento inter nervum octavæ conjugationis, & ramum duriorem nervi septimi paris communicatio habetur.*

p. *Propago nervi octavæ conjugationis, cujus fibra q, plexui ganglioformi cervicali superiori nervi intercostalis coalescit, ac deinde in musculum longum cervicis inseritur: fibra verò, r, musculis quibusdam laryngis, pharyngis & ossis hyoïdis surculos suos impertitur, ut explicatum fuit, ubi nervos octavæ conjugationis descripsimus.*

s. *Surculus propaginis, p, paulò crassior quàm par sit repræsentatus, & nervo recurrenti coalescens.*

F. F. *Cartilago scutiformis anticam tracheæ partem constituens.*

G. G. *Trachea paulò supra pulmones ex transverso recisa.*

H. *Plexus ganglioformis cervicalis nervi octavi paris, cui nervus primi paris nervorum cervicalium fibrillam tribuit.*

t. *Ramus nervi octavæ conjugationis, cujus fibræ recisæ u. u. cum nervo secundi paris nervorum cervicalium junguntur, & reliquæ musculis, scaleno, mastoïdi, coracohyoïdi, sternothyoïdi, sternothyroïdi, iisque superstratis tegumentis impenduntur, si quasdam exceperis, quæ vasa cervicis, ac præcipuè venas jugulares variè circumligant, & in membranis vicinis terminantur.*

I. *Plexus ganglioformis thoracicus nervi octavi paris.*

x. *Nervus recurrens dexter.*

y. *Ramus nervi sinistri octavi paris, qui præterquam quod nervum recurrentem sinistrum producit, fibram z, nerveo plexui cardiaco superiori, & fibram 2. cordi, & sinistræ illius auriculæ largitur.*

3. *Fibræ 2 surculus, qui per anticam cordis regionem, circa sinistrum illius latus distribuitur.*

4. *Fibræ 2 surculus alter, qui per sinistram cordis auriculam disseminatur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 254 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

5. *Nervi dextri octavæ conjugationis ramus, qui fibram 6, aortæ tunicis impertitur.*

7. 7. *Rami 5, propagines reciſæ, quæ loborum pulmonum partem internam ſubeunt.*

8. *Rami 5, fibra, quæ in nerveum plexum cardiacum ſuperiorem deſinit.*

9. *Truncus rami 5, cujus propago 10, in partem dextram pericardij, cordis poſteriora occupantem inſeritur: propago verò 11, venam cavam deſcendentem, ubi in ſupernam partem dextræ cordis auriculæ aperitur, in modum annuli ſuccingit, & in ipſa deſinit, poſtquam fibrillas 12, 12, 12, prædictæ auriculæ dextræ impertiit.*

13. 13. *Rami nervi octavi paris, quorum propagines, quæ hîc abſciſſæ repræſentantur, invicem complicatæ nerveos plexus pneumonicos conſtituunt.*

14. *Surculus nervi dextri octavæ conjugationis, qui per auriculam dextram cordis diſpergitur.*

15. 15. 15. *Surculi nervi ſiniſtri octavi paris, qui partim œſophagi tunicis, & partim cordi impenduntur.*

16. 16. *Plexuli duo ganglioformes, qui interdum in ſiniſtro nervo octavæ conjugationis obſervantur.*

17. *Diviſio nervi ſiniſtri octavi paris in ramos tres, qui mox in eumdem truncum abeunt.*

18. 18. *Nervi octavæ conjugationis è poſtica regione cordis emergentes, qui ramuli 19. interventu ſimul communicant.*

20. 20. *Fibrillæ nervi utriuſque octavi paris, quæ in orificium ſuperius ſtomachi abſumuntur.*

21. 21. *Nervi dextri octavæ conjugationis ramuli tres invicem communicantes, qui poſtquam fibrillas 22. 22. 22. 22. &c. ſupernæ, & poſticæ ſtomachi parti tribuerunt, circa pylorum, cum fibris quibuſdam è plexu ganglioformi ſemilunari dextro emergentibus junguntur, & unà cum illis nerveum plexum hepaticum 60. 60. conſtituunt.*

23. *Ramulus nervi dextri octavi paris, cujus propagines ſupernæ, & anticæ ſtomachi parti proſpiciunt, ſi ſurculos illius 24. excipias, qui partim in pyloro, partim in pancreate, & partim in ductibus bilariis terminantur.*

25. *Truncus nervi ſiniſtri octavæ conjugationis, hîc paulò minor quàm par ſit repræſentatus, qui infra diaphragma in plures propagines divaricatus, & fibris 26, è plexu ganglioformi ſemilunari ſiniſtro prodeuntibus coaleſcens, unà cum illis nerveum plexum ſtomachicum efformat, ac demum in plexus meſentericos deſinit.*

27.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 255 sur 315

©BIU Santé

27. *Propago nervi ſiniſtri octavi paris, quam ramum ejus interiorem vocavimus, ubi illum deſcripſimus: hæc fibrillas, in quas dirimitur, infimæ ventriculi parti quam occupat largitur, fibrillis 28. 28. exceptis, quæ in pyloro deſinunt.*

K. *Antica cordis regio pericardio, necnon ductibus ſanguiferis denudata.*

L. *Dextra cordis auricula.*

M. *Siniſtra cordis auricula.*

N. *Vena cava deſcendens juxta auriculam dextram abſciſſa.*

O. *Vena cava aſcendens paulò ſupra diaphragma reciſa.*

P. *Arteria pulmonaris juxta originem ſuam abſciſſa.*

Q. Q. *Aortæ truncus in duas partes diviſus, quæ paululum ab invicem ductæ repræſentantur, quò ſcilicet nerveus plexus cardiacus ſuperior ipſi aortæ, & trachææ interpoſitus appareat.*

R. *Ramus dexter trunci aſcendentis aortæ.*

S. *Origo arteriæ carotidis dextræ reciſæ.*

T. *Origo arteriæ vertebralis dextræ abſciſſæ.*

V. *Arteria axillaris dextra reciſa.*

X. *Ramus ſiniſter trunci aſcendentis aortæ, qui ſtatim in duos ramos minores dividitur, quorum interior ac minor* Y, *arteriam carotidem ſiniſtram conſtituit: exterior verò ac craſſior in arteriam vertebralem ſiniſtram* Z, *& in arteriam axillarem ſiniſtram &c. deſinit.*

† *Deſcendens aortæ truncus abſciſſus.*

2 *Plexus ganglioformis cervicalis ſuperior nervi intercoſtalis.*

Δ *Fibra è plexu ganglioformi cervicali ſuperiori nervi intercoſtalis ſiniſtri emergens, quæ ſurculorum duorum 29. 29. interventu cum nervo ſiniſtro octavæ conjugationis communicat, & inferiora verſus delata, ad anticam pericardij partem protenditur, & per illam diſſeminatur.*

30. *Fibra* Δ, *juxta baſim cordis reciſa.*

31. 31. 31. 31. *Surculi nervi intercoſtalis, qui in muſculos colli, longum nempe & ſcalenum abſumuntur.*

32. *Ramulus nervi intercoſtalis, qui in ganglioformem illius plexum thoracicum inſeritur.*

33. *Fibra nervi intercoſtalis, quæ venam jugularem externam circumligat, & in adjacentibus ipſi membranis terminatur.*

V *Plexus ganglioformis cervicalis inferior nervi intercoſtalis.*

34. *Ramulus è plexu ganglioformi cervicali inferiori nervi intercoſtalis dextri exortus, qui verſus inferiora tendens pericardium perforat, eóque perforato, & nervulo è ſuperiore nerveo plexu cardiaco prodeunte admiſſo, fibrillam* 35, *aortæ tunicis impertitur, denique arteriæ pulmonaris trunco ſuperato, in fibrillas*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 256 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

brillas 36. 36. 36. &c. *dirimitur, quæ anticæ cordis regioni prospiciunt.*

37. *Plexus ganglioformis thoracicus nervi intercostalis.*

38. *Surculus ex infima parte plexûs ganglioformis thoracici nervi intercostalis dextri emergens, qui in nervum dextrum octavi paris inseritur.*

39. 39. *Ramuli duo ex infima parte plexus ganglioformis thoracici nervi intercostalis sinistri prodeuntes, quorum superior fibrillas tres exerit, quarum duæ superiores* 40. 40. *hîc recisæ, per œsophagum, & tracheam distribuuntur: tertia verò* 42, *nervo sinistro octavi paris coalescit. Ramulus inferior,* 39, *fibrillam,* 41. *hîc recisam, œsophago tribuit; demum prædicti ramuli duo* 39. 39. *suprà memoratis fibrillis emissis, versus mediam pectoris regionem deflectuntur, & ubi ad posticam aortæ partem pervenerunt, in plures surculos invicem communicantes dividuntur, atque unà cum fibris quibusdam nervorum octavi paris, quibuscum implicantur, insignem nerveum plexum,* 43. *efformant.*

43. *Nerveus plexus cardiacus superior, qui inferiore multò major est.*

44.44.44.44. *Fibrillæ è partibus utrisque lateralibus nervei plexus cardiaci superioris emergentes, quæ per internam partem loborum pulmonum, & glandulas in superna ipsorum parte, pone tracheam constitutas disseminantur.*

45.45.45. *Fibrillæ è nerveo plexu cardiaco superiore prodeuntes, quæ sicut & fibrillæ* 44. 44. &c. *abscissæ repræsentantur, & in pericardium absumuntur.*

* *Nervulus è latere dextro nervei plexûs cardiaci superioris emergens, qui ramulo,* 34, *coalescit, & unà cum ipso anticæ cordis regioni prospicit.*

46. *Fibra è latere sinistro nervei plexus cardiaci superioris prodiens, quæ fibræ,* 2, *rami,* y, *coalescit.*

47.47. *Surculi è nerveo plexu cardiaco superiore prodeuntes, qui in tunicas aortæ inseruntur.*

48. *Ramuli ex infima parte nervei plexus cardiaci superioris emergentes, qui posticæ pericardij, & cordis regioni impenduntur.*

49. *Bini ramuli ex infima quoque parte nervei plexûs cardiaci superioris prodeuntes, & simul coalescentes, qui postquam fibrillam,* 50, *aortæ tunicis impertitæ sunt, nerveum plexum cardiacum inferiorem,* 51, *producunt, ac demum extremis finibus suis,* 52, *arteriam pulmonarem adinstar annuli circumligant.*

53. *Ramulus è nerveo plexu cardiaco superiore emergens, qui per sinistram cordis auriculam distribuitur, & cum surculo,* 4, *fibræ,* 2, *jungitur.*

54.54.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 257 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

54. 54. *Fibræ quæ interno è latere nervi intercostalis oriuntur, & in membranas vertebris dorsi accumbentes explicantur.*

55. 55. 55. &c. *Fibræ, quæ interno quoque è latere nervi intercostalis exeruntur, & utrinque in plexum ganglioformem semilunarem 57. abeunt.*

56. 56. 56. 56. *Fibræ nervi intercostalis, quæ unà cum fibris 54. 54. in membranas vertebris dorsi superstratas desinunt.*

57. *Plexus ganglioformis semilunaris nervi intercostalis.*

58. *Ramulus è plexu ganglioformi semilunari nervi intercostalis dextri emissus, qui sursum delatus partim in carneam diaphragmatis substantiam, & partim in nervosum illius circulum inseritur.*

59. 59. *Fibræ è superna parte plexus ganglioformis semilunaris nervi intercostalis dextri exortæ, quarum tres inferiores ac minores vesiculæ felleæ, vasis cholidochis, pyloro, intestino duodeno, & pancreati impenduntur: superiores verò tres invicem coalescentes in nerveum plexum hepaticum abeunt.*

60. 60. *Nerveus plexus hepaticus, quem nervus intercostalis dexter, & nervus dexter octavæ conjugationis producunt.*

61. 61. *Fibræ è parte inferna plexus ganglioformis semilunaris nervi intercostalis dextri emissæ, quæ in plexus mesentericos desinunt.*

62. 62. *Nerveæ fibrillæ, quæ in membranas vertebris lumborum accumbentes explicantur.*

63. *Nerveus plexus stomachicus è fibris quibusdam nervi dextri octavi paris, & aliis è plexu ganglioformi semilunari nervi intercostalis sinistri exortis conflatus.*

64. *Ramuli è plexu ganglioformi semilunari nervi intercostalis sinistri prodeuntes, qui sursum reflexi, & invicem communicantes nerveum plexum lienarem constituunt.*

65. 65. *Fibræ è nerveo plexu stomachico exortæ, quæ in nerveos plexus mesentericos abeunt.*

66. 66. 66. *Nerveæ fibrillæ, quæ in membranas vertebris lumborum accumbentes, aut ipsis affines inseruntur.*

67. *Ramulus è latere interno nervi intercostalis emissus, qui in dextro latere nerveo plexui renali dextro efformando impenditur, & in sinistro in plexum ganglioformem semilunarem sinistrum abit.*

68. *Fibra ramuli dextri, 67, quæ in membranas renem dextrum succingentes absumitur.*

69. *Truncus ramuli dextri, 67, qui propagini exteriori infimæ fibrarum 55. 55. &c. lateris dextri coalescens, cum illa retis adinstar implicatur, & tandem unà cum ipsa nerveum plexum renalem dextrum 70. 70. constituit.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 258 sur 315

©BIU Santé

CAP. V. *De nervis intercostalibus, eorumque muniis.*

70.70. *Nerveus plexus renalis dexter.*

71. *Propago interior infimæ fibrarum 55.55. &c. lateris dextri, quæ in membranas renem dextrum investientes explicatur, si surculos illius 72.72.72. exceperis, qui cum vicinis aliis surculis 72.72.72. in membranas reni dextro adjacentes inseruntur.*

73. *Fibrillæ duæ ramuli sinistri, 67, quæ per membranas renem sinistrum obducentes distribuuntur.*

74.74. *Nerveus plexus renalis sinister, è ramulis tribus è plexu ganglioformi semilunari sinistro exertis conflatus.*

75. *Ramulus è plexu ganglioformi semilunari sinistro emergens, qui in membranas renem sinistrum succingentes absumitur, surculis illius 76.76.76. exceptis, qui cum vicinis quibusdam aliis surculis in membranas reni sinistro adjacentes desinunt.*

77.77. *Nerveus plexus mesentericus superior.*

78.78. *Nervеus plexus mesentericus medius.*

79.79. *Nerveus plexus mesentericus infimus.*

80.80. *Nervei plexus mesenterici infimi propagines superiores, quæ in membranas inferioribus lumborum vertebris superstratas explicantur.*

81.81.81.&c. *Nervei plexus mesenterici infimi propagines inferiores, quæ in membranas ossis sacri vertebris accumbentes, tunicas intestini recti, vesicam, ac præterea in testes fœmineos, ipsumque uterum absumuntur.*

82.82.82.&c. *Plexus ganglioformes hordeiformes, quos nervus intercostalis intra cavum abdominis obtinet.*

83.83.&c. *Ramuli quos nervus intercostalis nerveis plexibus mesentericis impertitur.*

84.84.&c. *Propagines nervi intercostalis, quæ unà cum propaginibus 85.85. & propaginibus 87.87. ureteribus, intestino recto, & levatoribus illius musculis, fœmineis testibus, ipsique utero, vesicæ, ejusque sphincteri, vesiculis seminalibus, prostatis, & ani sphincteri prospiciunt.*

86. *Ramulus cujus interventu nervi intercostales circa finem ossis sacri invicem communicant.*

88.88.88.&c. *Plexus ganglioformes nervorum spinalium, qui in paribus illorum, primo, vigesimo octavo, vigesimo nono, & trigesimo desiderantur.*

89.89.89.&c. *Ramuli quos nervi spinales circa singula vertebrarum internodia nervo intercostali largiuntur.*

90. *Nervus recisus, cujus distributionem* Tabulæ XXVII. *explicatio docet.*

91.91.&c. *Ramuli quos nervus intercostalis nervis dorsalibus largitur.*

92.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 259 sur 315

©BIU Santé

92. *Ramus insignis nervi intercostalis, qui nervo primo ossis sacri coalescit, & unà cum illo in nervum cruralem posticum desinit.*

Cap. V. *De nervis intercostalibus, eorúmque muniis.*

93.93.93.&c. *Fibræ nervorum spinalium, quarum distributionem* Tabularum XXIV. XXVII. & XXVIII. *explicatio patefacit.*

94. *Nervus diaphragmatis, qui è nervo quarti paris nervorum cervicalium oritur.*

95. *Fibra nervi diaphragmatis, quæ cervicis musculis, transversali nempe & spinato impenditur.*

96. *Ramulus nervi sexti paris nervorum cervicalium, qui in nervum diaphragmatis inseritur.*

97. *Fibra nervi diaphragmatis, quæ fibræ nervi secundi paris nervorum dorsalium unitur, & deinde nervo intercostali coalescit.*

98. *Nervus diaphragmatis recisus.*

99. *Nervorum brachialium propago, cujus, sicut & nervi diaphragmatis, distributionem explicatio* Tabulæ XXIV. *ostendit.*

100. *Nervus abscissus, qui è fibris duabus componitur, quas nervi sextæ & septimæ conjugationis nervorum cervicalium emittunt. Illius distributionem* Tabulæ XXIV. *explicatio docet.*

101. *Communis nervorum brachialium vagina recisa.*

102. *Ren, qui in sinistro latere paulò elatior est quàm in dextro.*

103. *Propago insignis infimi nervorum lumbarium, quæ nervo primi paris nervorum ossis sacri coalescit, & nervo crurali postico efformando impenditur.*

104.104.104.&c. *Nervi quinque ossis sacri, quorum distributio* Tabulæ XXIX. *explicatione ostenditur.*

105. *Nervus cruralis posticus abscissus, cujus distributio in sequentibus explicabitur.*

CAPVT VI.

De nona, & decima conjugatione nervorum, qui è cerebro prodeunt.

NErvi conjugationis nonæ, quorum radices corporibus pyramidalibus & olivaribus interpositæ, modò tribus, modò quatuor tantùm fibrillis constant, è tractibus albis è media ovalis centri regione eductis prodeunt, & calvariâ per nonum par foraminum illius basi incisorum egressi, adscititiam tunicam assumunt. Istiusmodi nervi inferiora versus tendentes, jamjam memoratâ adscititiâ tunicâ depositâ, circa linguæ radicem, & deinde interiorem intra compagem illius, plures exerunt fibras, quarum aliæ in

Nervorũ nonæ & decimæ conjugationis descriptio.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 260 sur 315

©BIU Santé

Cap. VI. *De nona, & decima conjugatione nervorum, qui è cerebro prodeunt.*

glandulas maxillarum posteriora occupantes inseruntur : aliæ partim in quosdam ossis hyoïdis musculos, styloceratohyoïdes nempe, & geniohyoïdes, & partim in musculos linguæ absumuntur, qui stylogloſſi, basiogloſſi, geniogloſſi, ceratogloſſi, & myogloſſi nominantur : reliquæ verò propaginum nervorum quinti paris in *Tabula* XXIII. literis f.f. designatarum fibrillis quibusdam interſertæ, in papillulis supernam linguæ partem occupantibus terminantur. Vide *Tabulas* V. XIV. & XV. Ex quibus planè intelligitur, quòd nonæ, quemadmodum & quintæ conjugationis nervi, qui linguæ textum percurrunt, non solùm illius motui perficiendo, sed & gustui excitando inserviant ; gustus enim producitur, ubi tenuissimæ rerum gustandarum particulæ salivari, vel quodam alio succo dilutæ laxiusculos membranæ exterioris linguæ poros subeunt, & deinde substratas ipsi papillulas penetrando, nerveas illarum fibrillas, & eum quem devehunt spiritum animalem commovent ; adeò ut pro diversis rationibus, quibus nervei ejusmodi papillularum funiculi, & hospitans in ipsis spiritus animalis à minimis quibus res gustandæ constant particulis, velut totidem aculeolis afficiuntur, diversæ in anima saporum perceptiones ex naturæ instituto excitentur. Quæ cùm ita sint, gustûs diversitatem potissimùm à peculiari papillarum extimam linguæ partem occupantium texturâ, & peculiari figurâ particularum, è quibus gustanda conflata sunt, pendere nemo non videt.

Genuina gustûs ratio explicatur.

Nervi decimæ conjugationis, quorum radices juxta infimam corporum pyramidalium & olivarium partem collocatæ tribus tantùm fibrillis constant, sicut & noni paris nervi è tractibus albis è media ovalis centri regione eductis prodeunt, & calvariâ inter os occipitis, & primam cervicis vertebram egressi, sursùmque reflexi in musculos caput retrorsum flectentes, binos aurium musculos, ipsas scilicet aures versus posteriora nonnihil attollentes, atque processui mammillari utrinque accumbentes, & posticæ capitis regionis tegumenta absumuntur.

CAPUT

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 261 sur 315

©BIU Santé

CAPUT VII.

De nervis ſpinalibus.

EMedulla ſpinali triginta prodeunt nervorum paria, quos propterea ſpinales nominamus. Illi bina principia, poſticum nempe unum, & alterum anticum habent: vide *Tabulæ* XX. *figuras*, II. & III. quorum unumquodque diſtinctis pluribus fibrillis conſtat, ut *Cap.* I. explicuimus, circa ſingula vertebrarum internodia (ſi primi & ultimi paris nervos excipias) intercoſtalibus nervis ramulum impertiunt, ut *Capite præcedenti* diximus, & illorum unuſquiſque (paribus, primo, vigeſimo octavo, vigeſimo nono & trigeſimo exceptis) plexum ganglioformem obtinet. Vide *Tabulas* XXIII. XXIV. XXVII. XXVIII. & XXIX. Nervorũ ſpinaliũ deſcriptio.

Hîc notandum venit, quòd nervus diaphragmatis, qui à nervis cervicalibus, quarto ſcilicet & ſexto originem ducit, uti videre eſt in *Tabula* XXIV. ramulum in *Tabula* XXIII. *numero* 97. deſignatum nervo intercoſtali largitur, unde ratio deſumitur, cur inter ſeptum tranſverſum, cor, cerebrum, faciem & reliquas partes ſympathia quædam habeatur, quam arctam & inſignem reddit nerveus ramulus in *Tabula* XXIII. *numero* 58. deſignatus, quem ipſi nervus intercoſtalis dexter impertitur, ut *Capite præcedenti* dictum fuit.

Præterea cùm nervi intercoſtales cum nervis per utramque malam diſſeminatis communicent, ex ſuprà dictis cauſa genuina deduci poteſt, cur ob titillationem circa hypochondria factam riſus moveatur; is enim non ſolùm excitatur, dum jucundo, aut mirabili quodam conceptu facultas imaginatrix afficitur, ſed etiam ubi diaphragma, quaſi inſtigatum, vehementes niſus, iteratos tanquam ſubſultus edit, propter quos devectus per nervos maxillares ſpiritus animalis, velut irritatus omnes faciei partes patheticè movet.

Nervos ſpinales utpote è vertebris cervicis, dorſi, lumborum & oſſis ſacri emergentes, in cervicales, dorſales, lumbares & nervos oſſis ſacri dividimus. Cervicales quorum paria ſeptem numeramus, præterquam quòd innumeras ferè propagines cervici

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 262 sur 315

©BIU Santé

Cap. VII. *De Nervis spinalibus.*

tribuunt, nervos diaphragmatis producunt, ut paulò suprà indicavimus, & inferiora tria ipsorum paria, unà cum paribus duobus superioribus nervorum dorsalium in nervos brachiales desinunt. Vide *Tabulas* XXIV. XXV. & XXVI.

Nervorum dorsalium paria duodecim numerantur, quorum duo superiora nervis brachialibus efformandis impenduntur, ut jamjam diximus: reliqua verò per externas pectoris & abdominis partes disperguntur. Vide *Tabulam* XXVII.

Nervi lumbares, quorum conjugationes quinque recensentur, invicem communicant, & plures exerunt ramos, quorum minores unà cum ramis minoribus nervorum ex osse sacro prodeuntium, musculis vertebris lumborum, ossi sacro & ossibus innominatis accumbentibus, iisque superstratis tegumentis impenduntur: crassiores verò insignem efformant truncum, quem, utpote anticæ cruris parti prospicientem, nervum cruralem anticum nominamus. Vide *Tabulam* XXVIII.

Nervus uterque lumbaris infimus, antequam in nervum cruralem anticum desinat, crassam emittit propaginem in *Tabulis* XXVIII. & XXIX. recisam, & literâ, B, designatam, quæ utrinque nervo primi paris ossis sacri coalescit; ex quo fit, ut inter anticum & posticum nervum cruralem magna communicatio habeatur.

E vertebris ossis sacri nervorum paria sex emergunt, quorum tria superiora, cum crassa propagine jamjam memorata, quæ scilicet ex utroque nervo lumbari infimo emittitur, in crassissimum omnium nervorum abeunt, qui posticam cruris partem occupat, ac propterea nervus cruralis posticus nuncupatur. Vide *Tabulam* XXIX.

Cùm nervorum spinalium singulæ propagines in tabulis sequentibus repræsententur, imò & partes, in quas inseruntur, singulatim designentur, proinde illorum descriptioni finem facimus. Præterea cùm illorum divaricationes in utroque corporis latere similes sint, ideo in tabulis, quæ illos exhibent, explicandis, ramos nervorum unius tantùm lateris indicabimus, quò faciliùs atque clariùs illarum explicatio intelligatur.

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 263 sur 315

©BIU Santé




A
B
C
D
Beaudeau sculpsit mon$P

©BIU Santé

TABVLA XXIV.

Septem cervicalium, & dorſalium nervorum paria repræſentat.

A. A. *Pars medullæ ſpinalis quæ intra ſeptem colli, & duas ſuperiores dorſi vertebras reconditur.*

B. *Primus nervus cervicalis reciſus, cujus diſtributionem vide in tabula præcedenti.*

a. a. a. a. &c. *Plexus ganglioformes ſex nervorum cervicalium inferiorum.*

b. b. *Plexus ganglioformes nervorum duorum dorſalium ſuperiorum.*

c. c. c. c. &c. *Fibræ ſex nervorum cervicalium inferiorum, & primi nervi dorſalis, quæ in muſculos cervicis, tranſverſalem nempe, & ſpinatum, necnon in muſculum longiſſimum abſumuntur.*

d. d. d. d. &c. *Ramuli abſciſſi quos ſex nervi cervicales inferiores, & bini dorſales ſuperiores nervo intercoſtali largiuntur.*

e. e. *Fibræ duæ reciſæ, quarum interventu nervus ſecundus cervicalis cum nervo octavi paris communicat.*

f. f. f. *Nervi tres cervicales, ſecundus nempe, tertius, & quartus, qui ramulorum* g. g. g. g. *interjectu ſimul junguntur.*

h. h. *Ramuli duo ſecundi nervi cervicalis, qui ſurſum reflexi, per aurem & muſculos illius, parotides, & occipitis integumenta diſtribuuntur.*

i. *Ramulus ſecundi nervi cervicalis, qui per muſculum trapezium, ipſique ſuperſtrata tegumenta diſſeminatur.*

k. *Fibra ejuſdem nervi quæ in venam jugularem externam inſeritur.*

l. l. l. l. &c. *Ramuli ſecundi, tertij & quarti nervi cervicalis, qui muſculis quibuſdam colli, tranſverſali ſcilicet, ac ſpinato, & capitis, videlicet ſplenio, complexo, parvo & craſſo, recto majori, recto minori, obliquo ſuperiori, atque obliquo inferiori, necnon homoplatæ, nimirum trapezio, rhomboïdi & levatori proſpiciunt.*

m. *Ramus quarti nervi cervicalis in nervum diaphragmatis deſinens.*

n. n. n. *Nervi tres cervicales inferiores, qui unà cum duobus nervis dorſalibus ſuperioribus* o. o. *in nervos brachiales abeunt.*

p. *Ramus è quinto nervo cervicali emiſſus, cujus propago* q. *oſſeum homoplatæ foramen,* r, *tranſgreſſa, in muſculum ſupraſpinatum abſumitur, & ramulus,* s, *per muſculos, ſubclavium & coracobrachiæum diſpergitur.*

t. *Ramulus*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 266 sur 315

©BIU Santé

Cap. VII. De Nervis spinalibus.

T. *Ramulus sexti nervi cervicalis, qui in nervum diaphragmatis desinit.*

n. *Ramulus è sexto nervo cervicali emissus, qui ramulo, x, ex infimo nervo cervicali exerto coalescens, unum efformat truncum, cujus fibræ superiores, 1, 1, per musculum serratum anticum minorem, mediæ, 2, 2, per musculum pectoralem, & infimæ 3, 3, 3, per musculum serratum anticum majorem, & superstrata tegumenta distribuuntur.*

* *Nervus diaphragmatis, qui aliquando pericardio surculos quosdam impertitur, & deinde tum per carneam, tum per nervosam illius substantiam disseminatur.*

C. D. *Nervorum* n. n. n. & o. o. *capsula recisa, è qua nervi brachiales emergunt, uti videre est in* Tabulis XXV. & XXVI.

4. *Ramus è capsula* C, D, *emergens, qui in musculum serratum anticum minorem, & accumbentia tegumenta inseritur.*

5. *Plexus ganglioformis thoracicus nervi intercostalis.*

6. *Ramulus è prædicto plexu ganglioformi exertus, qui ramulo, 7, è secundo nervo dorsali prodeunti unitus, in nervum abit, cujus distributionem* Tabulæ XXVII. *explicatio docet.*

TABULA XXV.

Nervos brachij dextri, manu supinâ, repræsentat.

A. *Nervorum brachialium capsula recisa, quæ è communi ipsorum involucro exteriore conflata est.*

1. 1. 1. *Ramuli tres è capsula nervorum brachialium prodeuntes, qui in musculum immersum absumuntur, si fibras quasdam exceperis, quæ in principium musculi serrati majoris inseruntur.*

2. *Ramulus è capsula nervorum brachialium emergens.*

3. 3. *Fibræ ramuli, 2, quæ in musculum rotundum minorem absumuntur.*

4. 4. *Fibræ ramuli, 2, quæ per glandulas sub axilla latitantes, membranas quibus obducuntur, & adipem ipsis affinem distribuuntur.*

5. 5. *Fibræ ramuli, 2, quæ in musculum serratum majorem inseruntur.*

6. 6. 6. *Fibræ ramuli, 2, quæ in musculis, aniscalptore scilicet, & rotundo majore terminantur.*

7. *Ramulus è capsula nervorum brachialium prodiens, qui surculum, 8, glandulis axillaribus tribuit, & deinde in parte interna brachij musculis, longo nempe & brevi accumbens, ad cubitum usque porrigitur, & quas emittit, fibrillas prædictis musculis, & panniculo carnoso impertitur.*

9. *Ramulus*

BIU Santé




Tabula xxv
folio. 216.
Beaudeau sculpsit Monsp.

©BIU Santé

9. *Ramulus ultimus è capſula nervorum brachialium exertus, qui per glandulas axillares, & membranas ipſis vicinas diſpergitur.*

B. *Primus nervus brachialis, qui è poſtica capſulæ ſuæ parte ortus, in duos ramos, C. D. finditur.*

10. 10. 10. *Propagines rami, C, quarum aliæ in muſculum infraſpinatum, aliæ in rotundum majorem, & aliæ in principium longi, & brevis abſumuntur.*

11. 11. *Propagines rami, D, quæ in muſculo deltoïde deſinunt.*

12. 12. *Reliquæ rami, D, propagines, quæ tegumentis ſupernam ac externam brachij dextri partem occupantibus proſpiciunt.*

E. *Secundus nervus brachialis, qui ad manum uſque protenditur.*

F. F. *Arteria axillaris venâ ſuâ comitata, quam nervi brachiales amplexantur.*

G. *Muſculi coracobrachiæi portio, quam primò nervus, E, penetrat.*

13. 13. 13. *Fibræ quas nervus, E, muſculo coracobrachiæo largitur.*

14. *Fibra nervi, E, quæ per medium ventrem muſculi bicipitis diſſeminatur.*

15. *Ramulus nervi, E, cujus propagines 16. 16. 16. per muſculum bicipitem diſtribuuntur, propago verò 17. 17. poſtquam fibrillas quaſdam muſculo brachiæo interno præbuit, in plures ſurculos deſinit, qui circa flexionem cubiti in tegumenta inſeruntur.*

18. *Ramulus nervi, E, qui muſculi longi ſupinatoris principium ſubeundo, plures ipſi ſurculos largitur, & deinde in cubitæo externo terminatur.*

19. 19. 19. *Fibræ nervi, E, quæ in panniculum carnoſum, & reliqua tegumenta abſumuntur.*

20. 20. 20. 20. &c. *Surculi nervi, E, quorum ſuperiores in tegumenta inſeruntur: medij circa articulum cubiti & radij cum oſſibus carpi, in membranas vicinas, & ligamenta prædicta oſſa invicem connectentia abſumuntur: infimi verò ad extremam uſque manum porriguntur, & in tegumenta illius deſinunt; ex quibus intelligitur nervum iſtum hîc paulò breviorem repræſentari, quàm par ſit.*

H. *Tertius nervus brachialis.*

21. *Fibra nervi, H, in muſculum pronatorem radij rotundum abſumpta.*

22. *Fibra nervi, H, cujus ſurculi ſuperiores 23. 23. in muſculum pronatorem radij rotundum, & ſurculi 24. 24. ſubtus ſublimem tranſeuntes, in profundum inſeruntur.*

25. *Fibra nervi, H, cujus ſurculi, maximam partem, in muſculo radiæo interno deſinunt, & reliqui partim ſublimi, & partim palmari proſpiciunt.*

26. *Fibrilla nervi, H, quæ muſculo ſublimi impenditur.*

27. *Ramulus nervi, H, cujus propago, 28, per muſculum flexorem*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 270 sur 315

©BIU Santé

Cap. VII. *De nervis spinalibus.*

indicis transiens, fibram numero, 29, designatam ipsi largitur, & deinde in profundo terminatur.

30. *Surculus ramuli, 27, qui musculum flexorem pollicis subit, & per illum distribuitur.*

31.31. *Surculi duo ramuli, 27, qui musculo flexori indicis impenduntur.*

32. *Surculus ramuli, 27, qui musculo flexoris pollicis prospicit.*

33.33. *Extremæ ramuli, 27, fibrillæ, quæ in musculum quadratum absumuntur.*

34. *Ramulus nervi, H, cujus fibrillæ invicem complicatæ plexulum lato musculi palmaris tendini subditum efformant, & palmæ manûs cuti surculos plures largiuntur.*

I. *Divisio nervi, H, quæ fit subtus ligamentum annulare, in exteriorem, & interiorem propaginem.*

35. *Propago exterior Divisionis, I.*

36.36. *Ramulus exterior propaginis, 35, cujus fibrillæ tegumentis partem lateralem externam pollicis occupantibus impenduntur, si fibrillas 37.37. excipias, quæ per abductorem ejus musculum, & alium musculum sub tendine magni illius flexoris collocatum distribuuntur, quem Anatomici plures secundum pollicis ipsius flexorem esse autumant; sed nos cum Riolano eximio Anatomico, ipsum secundum abductorem, vel portionem primi esse censemus.*

38.38. *Ramulus medius propaginis, 35, qui partem internam lateralem pollicis occupat, & tegumentis illius impenditur.*

39. *Fibra Ramuli 38.38. quæ in musculum adductorem pollicis inseritur.*

40.40. *Ramulus interior propaginis, 35, partem internam lateralem indicis occupans, quæ pollicem respicit.*

41. *Fibra ramuli 40.40. quæ absumitur in primum musculum lumbricalem, cujus tendo in digitum inseritur.*

42.42. *Fibræ duæ ramuli 40.40. quæ per musculum adductorem pollicis disseminantur. Quod ad reliquas ramuli ejusdem 40.40. fibras attinet, illæ per tegumenta indicis distribuuntur.*

43. *Propago interior divisionis, I.*

44. *Fibra propaginis, 43, quæ in musculos interosseos absumitur.*

45. *Ramulus propaginis, 43, cujus fibra, 46, partim musculo interosseo interno, & partim musculo secundo lumbricali impenditur: fibræ verò, 47, 47, partim in adipem, & tegumenta inseruntur, quæ digito indici & medio interponuntur, & partim in secundum musculum lumbricalem absumuntur.*

48.48. *Fibra ramuli, 45, cujus surculi per internam partem lateralem indicis disperguntur, quæ digitum medium spectat.*

49.49. *Fibra altera ramuli, 45, cujus surculi per internam partem lateralem*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 271 sur 315

©BIU Santé

ralem digiti medij disseminantur, quæ scilicet indicem respicit.

50. *Ramulus alter propaginis, 43, cujus fibrillæ 51, 51, 51, partim in tertio musculo lumbricali, & partim in musculo interosseo interno desinunt, qui prædicto musculo lumbricali, manu supinâ, subjicitur.*

52. 52. *Fibra ramuli, 50, quæ postquam surculum, c, tegumentis digito medio & annulari interjectis impertiit, in partem internam lateralem digiti medij inseritur, quæ annularem spectat.*

53. 53. *Fibra altera ramuli, 50, quæ cùm surculos* d.d. *tegumentis præbuit; quæ digito medio & annulari interponuntur, per internam partem lateralem digiti annularis distribuitur, quæ medium respicit.*

K. *Quartus nervus brachialis.*

54. 54. 54. *Fibræ tres nervi,* K, *quæ in musculum brevem absumuntur, quem prædictus nervus,* K, *sub finem penetrat.*

55. *Hic loci nervus,* K, *retro cubitum, inter olecranum & apophysim internam ossis humeri transiens, tendinibus musculorum, longi scilicet & brevis subjicitur.*

56. 56. 56. *Fibræ nervi,* K, *quæ in panniculum carnosum, & alia tegumenta inseruntur.*

57. 57. *Fibræ quas nervus,* K, *circa flexionem cubiti in principium musculi cubitæi interni dimittit.*

58. 58. 58. *Fibræ nervi,* K, *quæ per musculum flexorem internum manûs dispergunter.*

59. *Fibra nervi,* K, *quæ in principium musculi profundi inseritur.*

60. *Fibra nervi,* K, *quæ arteriæ & venæ quas comitatur, surculos impertitur, & in musculum quadratum, membranas carpo adjacentes, atque ligamentum annulare absumitur.*

b. *Ramus nervi,* K, *recisus, qui parti supernæ manûs prospicit unâ cum nervo,* M, *in,* a, *reciso, uti videre est* in Tabula sequenti.

61. *Truncus nervi,* K, *qui musculo profundo accumbens, ferè usque ad carpum indivisus pergit, ubi loci cum vena comite communem tunicam adscititiam induit, quam mox deponit.*

L. *Divisio nervi,* K, *in interiorem & exteriorem propaginem.*

62. *Propago interior divisionis,* L, *cujus surculi* 63.63.63.63. *musculo quarto lumbricali, & interosseo interno impenduntur, qui prædicto musculo lumbricali, manu supinâ, subjicitur.*

64. 64. *Fibra propaginis interioris,* 62. *quæ suis cum surculis per internam partem lateralem digiti annularis disseminatur, quæ minimum spectat.*

65. 65. *Fibra altera propaginis interioris,* 62, *quæ surculos suos parti internæ laterali digiti minimi præbet, quæ annularem respicit.*

66. *Propago exterior divisionis,* L, *cujus surculi* 67, 67, 67, 67, *in musculum abductorem minimi digiti, ipsique superstrata tegumenta inseruntur, reliqui verò in partem lateralem externam digiti ejusdem absumuntur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 272 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

M. *Quintus nervus brachialis.*

68. *Fibra nervi*, M, *quæ in panniculum carnosum, & alia tegumenta explicatur.*

69. 69. *Fibræ nervi*, M, *quæ musculi longi initium subeunt, & in illo terminantur.*

70. *Fibra nervi*, M, *quæ partim in musculum brevem, & partim in brachiæum internum absumitur.*

71. 71. *Ramulus nervi*, M, *qui cum ipso versus externam brachij partem delatus, musculum longum, cui surculos largitur, circa finem permeat, ac demum in cutim explicatur.*

72. 72. *Ramulus alter nervi*, M, *qui pariter ac ramulus* 71. 71. *musculum longum penetrat, ipsique exiguos surculos præbet, ac deinceps ad externam brachij partem delatus, & ad metacarpium usque protensus in tegumenta, ac præsertim in cutim absumitur.*

N. *Nervus*, M, *qui cum ramulis suis* 71, 71, *&* 72, 72, *nervis* E, H, *&* K, *necnon ossi humeri subjicitur, & ad exteriorem brachij partem defertur.*

73. *Fibra nervi*, M, *quæ in principium musculi supinatoris longi, supra externam ossis humeri apophysim, inseritur, & in ipso desinit.*

74. *Fibra nervi*, M, *quæ musculo, primo extensori carpi, seu radiæo externo impenditur.*

75. 75. *Fibræ duæ nervi*, M, *quæ musculo, supinatori brevi prospiciunt.*

76. *Ramulus nervi*, M, *qui musculum, supinatorem brevem permeat, & ex ipso emergens in duas propagines dirimitur, quarum una*, 77, *in musculo, secundo extensore pollicis terminatur: altera verò*, 78, *superiores surculos suos musculo, magno extensori digitorum, necnon extensori peculiari minimi digiti, & inferiores musculo, primo extensori pollicis atque peculiari extensori indicis impertitur.*

79. *Fibra nervi*, M, *quæ in musculum, primum extensorem carpi, seu radiæum externum absumitur.*

a. *Nervus*, M, *recisus, qui musculo, primo supinatori membranularum quarumdam interventu annexus, à fibra*, 79, *ferè usque ad finem radij individuus pergit, & unà cum ramo*, b, *externæ ac supernæ manus parti prospicit, uti videre est in Tabula sequenti.*

O. *Nervus sextus brachialis, qui membranis plurium musculorum, panniculo carnoso, & cuti totius internæ partis brachij ad carpum usque prospicit.*

80. 80. *Propaginum duarum nervi*, O, *coalitus, qui aliquando desideratur.*

TABULA

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 273 sur 315

©BIU Santé

TABVLA XXVI.

Cap. VII. *De nervis ſpinalibus.*

Nervos brachij ſiniſtri, manu pronâ, exhibet.

A. *Nervorum brachialium lateris ſiniſtri capſula reciſa, quæ è communi ipſorum involucro exteriore conflata eſt.*

1.1.1. *Ramuli tres è capſula nervorum brachialium prodeuntes, qui in muſculum immerſum abſumuntur, ſi fibras quaſdam exceperis, quæ in principium muſculi ſerrati majoris inſeruntur.*

2. *Ramulus è capſula nervorum brachialium emergens.*

3.3. *Fibræ ramuli, 2, quæ in muſculum rotundum minorem abſumuntur.*

4.4. *Fibræ ramuli, 2, quæ per glandulas ſub axilla latitantes, membranas, quibus obducuntur, & adipem ipſis affinem diſtribuuntur.*

5.5. *Fibræ ramuli, 2, quæ in muſculum ſerratum majorem inſeruntur.*

6.6.6. *Fibræ ramuli, 2, quæ in muſculis, aniſcalptore ſcilicet, & rotundo majore terminantur.*

7. *Ramulus è capſula nervorum brachialium prodiens, qui ſurculum 8, glandulis axillaribus tribuit, & deinde in parte interna brachij, muſculis, longo nempe & brevi accumbens, ad cubitum uſque porrigitur, & quas emittit fibrillas prædictis muſculis, & panniculo carnoſo impertitur.*

9. *Ramulus ultimus è capſula nervorum brachialium exertus, qui per glandulas axillares & membranas ipſis vicinas diſpergitur.*

B. *Primus nervus brachialis, qui è poſtica capſulæ ſuæ parte ortus, in duos ramos, C, D, finditur.*

10.10.10. *Propagines rami, C, quarum aliæ in muſculum infraſpinatum, aliæ in rotundum majorem, & aliæ in principium longi, & brevis abſumuntur.*

11.11. *Propagines rami, D, quæ in muſculo deltoïde deſinunt.*

12.12. *Reliquæ rami, D, propagines, quæ tegumentis ſupernam ac externam brachij ſiniſtri partem occupantibus proſpiciunt.*

E. *Secundus nervus brachialis, qui ad manum uſque protenditur.*

F. *Arteria axillaris venâ ſuâ comitata, quam nervi brachiales amplexantur.*

G. *Muſculi coracobrachiæi portio, quam primò nervus, E, penetrat.*

13.13.13. *Fibræ, quas nervus, E, muſculo coracobrachiæo largitur.*

14. *Fibra nervi, E, quæ per medium ventrem muſculi bicipitis diſſeminatur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 274 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

15. *Ramulus nervi*, E, *cujus propagines* 16. 16. 16. *per musculum bicipitem distribuuntur, propago verò* 17. 17. *postquam fibrillas quasdam musculo brachiæo interno præbuit, in plures surculos desinit, qui circa flexionem cubiti in tegumenta inseruntur.*

18. *Ramulus nervi*, E, *qui musculi longi supinatoris principium subeundo, plures ipsi surculos largitur, & deinde in cubitæo externo terminatur.*

19. 19. 19. *Fibræ nervi*, E, *quæ in panniculum carnosum, & reliqua tegumenta absumuntur.*

20. *Surculus nervi*, E, *qui in tegumenta inseritur.*

a. *Nervus*, E, *recisus, cujus reliquam distributionem vide* in Tabula præcedenti.

H. *Tertius nervus brachialis.*

21. *Fibra nervi*, H, *in musculum pronatorem radij rotundum absumpta.*

22. *Fibra nervi*, H, *cujus surculi superiores* 23. 23. *in musculum pronatorem radij rotundum, & surculi* 24. *subtus sublimem transeuntes, in profundum inseruntur.*

25. *Fibræ nervi*, H, *cujus surculi, maximam partem in musculo radiæo interno desinunt, & reliqui partim sublimi, & partim palmari prospiciunt.*

26. *Fibrilla nervi*, H, *quæ musculo sublimi impenditur.*

27. *Ramulus nervi*, H, *cujus propago*, 28, *per musculum flexorem indicis transiens, fibram numero*, 29, *designatam ipsi largitur, & deinde in profundo terminatur.*

30. *Surculus ramuli*, 27, *qui musculum flexorem pollicis subit, & per illum distribuitur.*

31. 31. *Surculi duo ramuli*, 27, *qui musculo flexori indicis impenduntur.*

32. *Surculus ramuli*, 27, *qui musculo flexori pollicis prospicit.*

33. *Fibrilla ramuli*, 27, *quæ in musculum quadratum absumitur.*

b. *Nervus*, H, *recisus, cujus reliquam distributionem. Vide* in Tabula præcedenti.

c. *Ramulus*, 27, *recisus, cujus reliquam distributionem vide* in Tabula præcedenti.

I. *Quartus nervus brachialis.*

34. 34. 34. *Fibræ tres nervi*, I, *quæ in musculum brevem absumuntur, quem prædictus nervus*, I, *sub finem penetrat.*

35. *Hîc loci nervus*, I, *retro cubitum, inter olecranum & apophysim internam ossis humeri transiens, tendinibus musculorum, longi scilicet & brevis subjicitur.*

36. 36. 36. *Fibræ nervi*, I, *quæ in panniculum carnosum, & alia tegumenta inseruntur.*

37. 37.

©BIU Santé

37.37. *Fibræ, quas nervus*, I, *circa flexionem cubiti in principium muſculi cubitæi interni dimittit.*

38.38.38. *Fibræ nervi*, I, *quæ per muſculum flexorem internum manus diſperguntur.*

39. *Fibra nervi*, I, *quæ in principium muſculi profundi inſeritur.*

40. *Fibra nervi*, I, *quæ arteriæ & venæ, quas comitatur, ſurculos impertitur, & in muſculum quadratum, membranas carpo adjacentes, atque ligamentum annulare abſumitur.*

d. *Fibra*, 40, *reciſa, cujus reliquam diſtributionem Vide* in Tabula præcedenti.

e. *Truncus nervi*, I, *abſciſſus, cujus reliquam diſtributionem Vide* in Tabula præcedenti.

41. *Ramus nervi*, I, *in Tabula præcedenti reciſus, & literâ*, b, *deſignatus.*

42.42. *Fibræ rami*, 41, *muſculo abductori minimi digiti proſpicientes.*

43. *Fibra rami*, 41, *quæ tegumentis partis ſupernæ metacarpij impenditur.*

44.44.44.44.&c. *Fibræ rami*, 41, *quæ in tegumenta ſupernam manûs partem occupantia deſinunt.*

45.45. *Propago rami*, 41, *quæ ſuis cum ſurculis per ſupernam ac exteriorem minimi digiti partem diſſeminatur.*

46.46. *Propago rami*, 41, *quæ ſuis cum ſurculis per ſupernam minimi digiti partem diſtribuitur, quæ annularem reſpicit.*

47.47. *Propago rami*, 41, *quæ ſuis cum ſurculis per ſupernam digiti annularis partem diſpergitur, quæ minimum ſpectat.*

48.48.48. *Fibræ rami*, 41, *quæ muſculis interoſſeis, & tegumentis partis ſupernæ metacarpij proſpiciunt.*

49.49.49. *Surculi rami*, 41, *qui in tegumenta partis ſupernæ metacarpij abſumuntur.*

50.50. *Propago rami*, 41, *quæ ſuis cum ſurculis per ſupernam digiti annularis partem diſſeminatur, quæ medium reſpicit.*

51.51. *Propago rami*, 41, *quæ ſuis cum fibrillis ſupernæ digiti medij parti proſpicit, quæ annularem ſpectat.*

K. *Quintus nervus brachialis.*

52. *Fibra nervi*, K, *quæ in panniculum carnoſum, & alia tegumenta explicatur.*

53.53. *Fibræ nervi*, K, *quæ muſculi longi initium ſubeunt, & in illo terminantur.*

54. *Fibra nervi*, K, *quæ partim in muſculum brevem, & partim in brachiæum internum abſumitur.*

55.55. *Ramulus nerni*, K, *qui cum ipſo verſus externam brachij partem delatus, muſculum longum, cui ſurculos largitur, circa finem permeat, ac demum in cutim explicatur.*

56.56.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 276 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

56. 56. *Ramulus alter nervi*, K, *qui pariter ac Ramulus* 55. 55. *musculum longum penetrat, ipsique exiguos surculos præbet, ac deinceps ad externam brachij partem delatus, & ad metacarpium usque protensus, in tegumenta, ac præsertim in cutim desinit.*

57. *Fibra nervi*, K, *quæ in principium musculi supinatoris longi, supra externam ossis humeri apophysim inseritur, & in ipso terminatur.*

58. *Fibra nervi*, K, *quæ musculo primo extensori carpi, seu radio externo impenditur.*

59. 59. *Fibræ duæ nervi*, K, *quæ musculo supinatori brevi prospiciunt.*

60. *Ramulus nervi*, K, *qui musculum supinatorem brevem permeat, & ex ipso emergens in duas propagines dirimitur, quarum una, nempe*, 61, *in musculum secundum extensorem pollicis absumitur, altera verò*, 62, *superiores surculos suos musculo magno extensori digitorum, necnon extensori peculiari minimi digiti, & inferiores musculo, primo extensori pollicis, atque peculiari extensori indicis impertitur.*

63. *Fibra nervi*, K, *quæ musculo, primo extensori carpi, seu radiæo externo impenditur.*

64. 64. *Truncus nervi*, K, *qui musculo, primo supinatori membranularum quarumdam interventu annexus, à fibra*, 63, *ferè usque ad finem radij indivisus pergit, & unà cum ramo*, 41, *externæ ac supernæ manûs parti prospicit.*

65. 65. *Ramulus nervi*, K, *cujus surculus superior ac crassior*, 66, *in musculum abductorem pollicis inseritur, reliqui verò tegumentis partis supernæ, ac externæ pollicis prospiciunt.*

67. *Ramulus nervi*, K, *qui in tegumenta supernam ac mediam pollicis partem occupantia explicatur, & usque ad secundam illius phalangem porrigitur. Hic ramulus aliquando oritur à ramulo*, 65. 65.

68. 68. *Ramulus nervi*, K, *cujus surculus*, 69, *musculo antithenari impenditur, reliqui verò per supernam pollicis partem disseminantur, quæ digitum indicem respicit.*

70. *Fibra nervi*, K, *quæ in tegumenta partis supernæ manûs absumitur.*

71. 71. *Fibræ nervi*, K, *quæ partim musculo antithenari, & partim tegumentis supernæ partis manûs impenduntur.*

72. 72. *Ramulus nervi*, K, *qui suis cum surculis per supernam digiti indicis partem distribuitur, quæ pollicem spectat.*

73. *Ramus nervi*, K, *cujus fibræ* 74. 74. 74. *tegumentis partis supernæ manûs, & musculis interossei externis prospiciunt.*

75. 75. *Fibræ nervi*, K, *quæ in tegumenta partis supernæ manus inseruntur.*

76. 76.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 277 sur 315

©BIU Santé

BIU Santé



76.76. *Propago rami*, 73, *quæ ſuis cum fibrillis per ſupernam digiti indicis partem diſpergitur, quæ medium reſpicit.*

77.77. *Propago rami*, 73, *quæ ſuis cum ſurculis per ſupernam digiti medij partem diſſeminatur, quæ indicem ſpectat.*

L. *Nervus ſextus brachialis, qui membranis plurium muſculorum, paniculo carnoſo, & cuti totius internæ partis brachij, ad carpum uſque proſpicit.*

78.78. *Propaginum duarum nervi*, L, *coalitus, qui aliquando deſideratur.*

TABVLA XXVII.

Nervos dorſales repræſentat.

A. A. *Portio medullæ ſpinalis, quæ intra vertebras dorſi reconditur.*

B. *Plexus ganglioformis thoracicus nervi intercoſtalis.*

a. *Nervus ramulus è plexu ganglioformi thoracico nervi intercoſtalis emergens, qui ramulo alteri è ſecundo dorſali prodeunti coaleſcit, & unà cum illo nervum*, E, *conſtituit, qui in* Tabulis XXIII. & XXIV. *abſciſſus repræſentatur.*

C. C. &c. *Plexus ganglioformes nervorum dorſalium, quorum duo ſuperiores in nervos brachiales abeunt, uti videre eſt in* Tabula XXIV.

D. *Secundus nervus dorſalis reciſus.*

E. *Nervus è ramulo*, a, *& altero ramulo è ſecundo nervo dorſali prodeunte conflatus, qui muſculo ſubclavio, ipſique ſuperſtratis tegumentis impenditur, ſi ramulum*, b, *exceperis, qui in muſculum ſerratum minorem anticum inſeritur.*

c. c. c. c. &c. *Nervi dorſales, qui pectoris integumentis, muſculis intercoſtalibus, coſtarum levatoribus, pectorali, ſerrato majori, ſerrato poſtico ſuperiori, ſerrato poſtico inferiori, cervicali deſcendenti experientiſſimi Diemerbroeckij, plevræ, muſculo triangulari atque mediaſtino proſpiciunt.*

d. d. d. d. &c. *Ramuli abſciſſi, quos nervus intercoſtalis nervis dorſalibus impertitur.*

e. e. e. e. &c. *Ramuli reciſi, quos nervi dorſales nervo intercoſtali largiuntur.*

f. f. f. f. &c. *Fibræ nervorum dorſalium, quæ in muſculos coſtarum levatores, muſculum cervicalem deſcendentem experientiſſimi Diemerbroeckij, necnon in muſculum dorſi longiſſimum abſumuntur.*

g. g. g. g. &c. *Rami è dorſalibus ſex nervis inferioribus prodeuntes, qui tegumentis infimam thoracis partem occupantibus, & continentibus abdominis partibus impenduntur.*

h. *Ramus ultimi nervi dorſalis, qui per muſculum ſacrolumbum diſſeminatur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 280 sur 315

©BIU Santé

Cap. VII. *De nervis spinalibus.*

TABVLA XXVIII.

Nervos lumbares exhibet.

A. A. *Portio medullæ spinalis, quæ intra vertebras lumborum latitat.*

a. a. a. &c. *Plexus ganglioformes nervorum lumbarium.*

b. b. b. &c. *Fibræ nervorum lumbarium, quæ in musculos dorsi, & lumborum, quadratum nempe, longissimum, sacrum, & semispinatum absumuntur.*

c. c. c. &c. *Nervorum lumbarium ramuli, qui in nervum intercostalem inseruntur.*

B. *Propago infimi nervi lumbaris recisa, quæ nervo primo ossis sacri coalescit, & in nervum cruralem posticum desinit.*

1. *Ramulus primi nervi lumbaris, qui furculos suos diaphragmati, peritonæo, & musculis abdominis impertitur.*

2. *Primus nervus lumbaris.*

3. *Ramulus nervi, 2, qui in musculum transversalem, & utrumque obliquum absumitur.*

4. 4. *Fibræ nervi, 2, quæ prædictis abdominis musculis, transversali nempe, & utrique obliquo impenduntur.*

5. 5. *Ramuli quatuor nervi, 2, qui tegumentis ossi sacro, necnon ossibus, ilij, scilicet & coxendicis superstratis prospiciunt.*

6. *Ramulus nervi, 2, qui furculos quosdam peritonæo largitur, & cum ad costam ossis ilij appulit, in musculos abdominis, transversalem nempe, & obliquum internum absumitur.*

d. *Ramulus nervi, 2, qui postquam furculos *. *. musculis dorsi, & lumborum, quadrato scilicet, longissimo, sacro, & semispinato impertiit, secundo nervo lumbari coalescit.*

7. *Fibra secundi nervi lumbaris, quæ ramulum, d, superscandit, & musculo quadrato impenditur.*

8. 8. *Ramulus secundi nervi lumbaris.*

9. *Fibra ramuli 8. 8. quæ circa labrum interius costæ ossis ilij musculum obliquum internum abdominis subit, & in ipso terminatur.*

10. 10. *Divisio ramuli 8. 8.*

11. *Propago interna divisionis 10. 10.*

12. *Propago externa divisionis 10. 10. quæ tegumentis anteriorem ossis ilij partem occupantibus impenditur.*

13. *Propaginis, 11, & ramuli, 22, coalitus.*

14. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ unà cum fibra, 15, in musculum abdominis obliquum internum inseritur.*

16. 16. *Fibræ duæ, quas propago, 11, & ramulus, 22, musculis obliquis abdominis largiuntur.*

e. *Fibra*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 281 sur 315

BIU Santé




folio. 226
Tabula XXVIII



©BIU Santé

c. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ in glandulas inguinales, & muſculum pectineum abſumitur.*

17. 17. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ muſculo cremaſteri, proceſſui peritonæi, & tunicis vaſorum ſpermaticorum impenditur.*

18. 18. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ in tegumenta partis ſuperioris oſſis pubis explicatur.*

19. 19. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ in tegumenta inguinum deſinit.*

20. 20. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ in tegumenta oſſi pubis ſuperſtrata abſumitur.*

21. 21. *Fibra propaginis, 11, & ramuli, 22, quæ in ſcroto terminatur.*

22. 22. *Ramulus ſecundi nervi lumbaris, qui ſupra labrum interius oſſis ilij propagini, 11, coaleſcit.*

23. 23. *Ramulus ſecundi nervi lumbaris, utplurimum unicâ, & aliquando triplici radice conſtans, qui poſtquam muſculo pſoæ, cui ſubſternitur, fibrillas 24. 24. impertiit, vaſa iliaca, paulò antequam abdominis cavo egrediantur, amplexatur, eorúmque tunicis, necnon glandulis inguinalibus impenditur.*

25. 25. *Fibræ, quas ſecundus nervus lumbaris muſculo pſoæ tribuit.*

26. *Ramulus ſecundi nervi lumbaris, qui in tertium inſeritur. Hîc notandum occurrit, quòd ſecundus nervus lumbaris tertio aliquando immediatè coaleſcit.*

27. 27. *Fibræ, quas truncus ſecundi nervi lumbaris muſculo pſoæ præbet, dum intra ipſum latitat.*

28. 28. *Truncus ſecundi nervi lumbaris è muſculo pſoâ emergens.*

29. *Fibra ſecundi nervi lumbaris, minor quàm par ſit repræſentata; hæc in peritonæum, & proprias membranas muſculorum, pſoæ ſcilicet, & iliaci interni explicatur.*

30. *Diviſio ſecundi nervi lumbaris.*

31. *Propago exterior diviſionis, 30, quæ, paulò minor quàm par ſit repræſentatur.*

32. *Propago interior diviſionis, 30.*

33. *Fibra propaginis, 31, quæ, cùm ſurculos quoſdam glandulis inguinalibus præbuit, in peritonæum & muſculos abdominis, rectum nempe, pyramidalem, & obliquum internum abſumitur.*

34. *Fibrilla propaginis, 31, quæ per glandulas inguinales diſſeminatur.*

35. 35. *Truncus propaginis, 31, qui proceſſum peritonæi ſubit, & poſtquam ſurculos quoſdam muſculo cremaſteri, & tunicis vaſorum ſpermaticorum impertiit, in proprias teſtium tunicas explicatur.*

36. *Fibra propaginis, 32, quæ in peritonæum deſinit.*

37. 37. *Diviſio propaginis, 32, in tres ramulos.*

38. *Ramulus ſuperior diviſionis 37. 37. qui in tegumenta oſſi pubis accumbentia inſeritur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 285 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

39. *Fibra ramuli medij divisionis* 37. 37. *quæ per tegumenta supernæ ossis pubis parti superstrata distribuitur.*

40. *Ramulus medius divisionis* 37. 37. *qui penis tegumentis impenditur.*

41. *Fibra ramuli inferioris divisionis* 37. 37. *quæ per scrotum disseminatur.*

42. 42. *Truncus ramuli inferioris divisionis* 37. 37. *qui postquam fibram unam, aut alteram tegumentis inguinum præbuit, in parte superiore perinæi terminatur. Hîc notandum venit, quòd truncus secundi nervis lumbaris* 28. 28. *nonnunquam ramum insignem emittit, qui glandulis tum inguina, tum supernam cruris partem occupantibus, necnon tegumentis anticæ cruris partis prospicit, & tunc ramus tertij nervi lumbaris numeris* 53. 53. *designatus, aut desideratur, aut perexiguus est.*

43. *Ramus tertij nervi lumbaris.*

44. *Fibra rami,* 43, *quæ in musculum psoam inseritur.*

f. f. *Coalitus ramorum,* 43, & 66, 66. *Hîc notandum est, quòd isti duo rami, qui semper tegumentis parti laterali externæ cruris accumbentibus prospiciunt, aliquando extra cavum abdominis sejuncti reperiuntur.*

45. *Fibra ramorum,* 43, & 66, 66, *simul unitorum, quæ in musculum tibiæ longissimum, seu fascialem absumitur.*

46. *Fibra altera eorumdem ramorum, quæ sicut & fibra,* 45, *in principium prædicti tibiæ musculi inseritur, & in ipso terminatur.*

47. 47. *Divisio trunci è suprà memoratis ramis,* 43, & 66. 66. *conflati.*

48. 48. *Propago exterior divisionis* 47. 47. *cujus surculi in panniculum carnosum, & cutim partis lateralis externæ cruris desinunt, si quosdam excipias, qui in aponevrosi musculi tibiæ fascialis terminantur.*

g. g. g. *Fines extremi propaginis* 48. 48.

49. 49. *Propago interior divisionis* 47. 47. *cujus surculi ad genu usque protensi, tegumentis parti laterali externæ cruris superstratis impenduntur.*

h. h. *Fines extremi propaginis* 49. 49.

50. 51. 52. *Fibræ tres tertij nervi lumbaris, quæ per musculum psoam distribuuntur.*

53. 53. *Ramus tertij nervi lumbaris, qui aliquando aut desideratur, aut perexiguus est, ut suprà indicavimus. Hîc notandum occurrit, quòd ramus iste modò duplici, modò triplici, modò quadruplici radice constat.*

54. 54. *Fibræ duæ rami,* 53. 53. *quæ in glandulas inguinales absumuntur.*

55. 55.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 286 sur 315

©BIU Santé

55.55. *Propago rami 53. 53. quæ poſtquam fibras numeris 56. 56. deſignatas glandulis ſubinguinalibus impertiit, arteriæ & venæ cruralis interjicitur, & illarum tunicis ſurculos in quos deſinit largitur.*

57.57. *Diviſio rami 53. 53. in tres propagines.*

58. *Propago interior diviſionis 57. 57. quæ poſtquam fibrillas plures plexulum æmulantes glandulis ſubinguinalibus præbuit, in tegumenta partis lateralis internæ cruris explicatur.*

59.59.59. *Glandulæ conglobatæ, quæ ſupernam ac internam femoris partem occupant; ex quo fit ut ipſas ſubinguinales nominemus. Subinguinales autem iſtæ glandulæ, quemadmodum & ſuperiores, quas habitâ ſitûs ratione, inguinales nuncupavimus, multò minores quàm par ſit hîc repræſentantur.*

60. *Propago exterior diviſionis 57. 57. quæ nervum cruralem anticum ſubit, & mox ex ipſo emergens, propagini, 61, coaleſcit.*

61. *Propago media diviſionis 57. 57.*

62. *Fibra propaginis, 61, quæ tegumentis impenditur.*

63.63. *Diviſio propaginis, 61.*

64.46.64. *Ramulus exterior diviſionis 63. 63. qui ad rotulam uſque porrigitur, & tegumentis anticæ cruris partis proſpicit.*

65.65.65. *Ramulus interior diviſionis 63. 63. qui ad rotulam uſque protenditur, & ſurculos ſuos partis anticæ, necnon lateralis internæ cruris tegumentis largitur.*

66.66. *Ramus tertij nervi lumbaris, qui ramo, 43, ſupra ſpinam oſſis ilij, utplurimum coaleſcit, & aliquando ab ipſo ſejunctus reperitur.*

67. *Ramulus tertij nervi lumbaris, qui inferiora verſus tendens unà cum ramulis, 68, 68, & ramulo, 69, nervum 70.70. efformat.*

68.68. *Ramuli duo quarti nervi lumbaris, qui ramulo, 67, coaleſcunt. Notandum eſt, quòd nervus quartus lumbaris aliquando unum tantùm ramulum ramulo, 67, largitur.*

69. *Ramulus quinti nervi lumbaris, qui ſicut ramuli 68. 68. ramulo, 67, coaleſcit.*

70.70. *Nervus è ramulis 67. 68. 68. & 69. conflatus.*

71. *Fibra, quam nervus 70. 70. muſculo femoris, obturatori interno præbet.*

i. *Diviſio nervi 70. 70.*

72.72. *Fibræ duæ, quas propago interior diviſionis, i, muſculo femoris obturatori externo impertitur.*

73.73. *Fibra propaginis exterioris diviſionis, i, quæ in muſculum tibiæ, gracilem poſticum inſeritur.*

74.74. *Truncus propaginis exterioris diviſionis, i, qui in muſculum tricipitem abſumitur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 287 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

75.75. *Truncus propaginis interioris divisionis, 1, qui surculos in quos desinit, 76.76.76.76. huic musculi tricipitis parti tribuit, quæ ad inferiora usque femoris protenditur.*

77. *Coalitus tertij & quarti nervi lumbaris.*

78. *Fibra quarti nervi lumbaris, quæ in musculo psoa terminatur.*

79. *Coalitus quarti & quinti nervi lumbaris.*

C. C. *Nervus cruralis anticus, qui è nervis lumbaribus simul coalescentibus conflatur.*

80. *Fibrilla nervi cruralis antici, quæ in musculum femoris, iliacum nempe internum absumitur.*

81. *Fibrilla nervi cruralis antici, quæ per musculum psoam distribuitur.*

82. *Ramulus è nervo crurali antico prodiens, qui per musculum iliacum internum disseminatur.*

83. *Fibrilla nervi cruralis antici, quæ in musculum psoam inseritur.*

84. 84. *Fibræ duæ nervi cruralis antici circa originem contiguæ, quæ in musculum tibiæ longissimum absumuntur.*

D. *Divisio nervi cruralis antici in quatuor ramos.*

85. *Ramus primus ac exterior divisionis, D.*

86. 86. *Propago rami, 85, quæ musculo tibiæ recto, seu gracili antico impenditur.*

87. *Propago altera rami, 85, quæ postquam prædicto tibiæ musculo recto fibrillas quasdam impertiit, musculum vastum internum subit, & in illo desinit.*

88. *Ramus secundus divisionis, D.*

89. *Propago minor ac superior rami, 88, quæ parti carneæ musculi fascialis impenditur.*

90. *Propago rami, 88, quæ in musculo tibiæ, vasto externo desinit.*

91. *Propago rami, 88, quæ per musculum crureum dispergitur.*

92. *Propago rami, 88, quæ per musculum, vastum internum disseminatur.*

93. *Ramus tertius divisionis, D, qui quarto mox describendo superjacet.*

94. *Nervus è fibris tribus rami, 93, simul coalescentibus conflatus, qui adscititiam arteriæ cruralis tunicam ingreditur, & ex ipsa emergens, quatuor emittit ramulos, 95.95.95.95. qui partis lateralis internæ femoris tegumentis impenduntur.*

96. 96. 96. *Truncus nervi, 94, qui ad poplitem usque porrigitur, & surculos suos tegumentis partis lateralis internæ cruris præbet, si quosdam exceperis, quos venæ saphænæ quam comitatur impertit.*

97. *Fibra rami, 93, quæ in tunicas vasorum cruralium inseritur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 288 sur 315

©BIU Santé

K. K. *Divisio rami, 93, quæ fit, postquam nervum, 94, & fibram, 93, emisit.*

98. 98. *Propago exterior divisionis, K. K, quæ musculum tibiæ longissimum ingreditur, & in ipso terminatur.*

99. 99. 99. *Propago altera divisionis, K. K, ad genu usque protensa, quæ musculo tibiæ longissimo, cui insternitur, surculos quosdam largitur, & deinde in tegumenta partis lateralis internæ cruris explicatur.*

100. *Ramus quartus divisionis, D.*

101. *Fibra rami, 100, quæ principium musculi, vasti interni subit, & in illo desinit.*

102. *Fibra altera rami, 100, quæ prædicto musculo, vasto scilicet interno impenditur.*

103. *Propago rami, 100, quæ per musculum vastum internum dispergitur. Notandum est, quod truncus rami, 100, paulò infra divisionem, D, tunicam adscititiam arteriæ, cruralis ingreditur, & deinde ex ipsa emergens, in duas propagines dividitur.*

104. *Divisio rami, 100.*

105. *Propago divisionis, 104, quæ arteriam cruralem deserit.*

106. *Ramulus propaginis, 105, quæ in musculum, vastum internum absumitur.*

107. 107. *Truncus propaginis, 105, quæ, postquam fibram, m, musculo, vasto interno impertiit, in tendine inferiore musculi tricipitis terminatur.*

108. 108. *Propago divisionis, 104, quæ arteriam cruralem comitatur, & fibras, 109. 109. musculo tibiæ longissimo tribuit.*

110. 110. *Propago, 108. 108. arteriam cruralem deserens, paulò supra poplitem.*

111. *Ramulus propaginis, 108. 108. qui superioris ac anterioris tibiæ partis tegumentis impenditur.*

112. *Ramulus propaginis, 108. 108. qui unà cum ramulo, 111, anticæ tibiæ partis tegumentis prospicit.*

113. *Ramulus propaginis, 108. 108. qui in tegumenta partis lateralis internæ tibiæ absumitur.*

114. 114. *Divisio propaginis, 108. 108.*

115. *Propago exterior divisionis, 114. 114.*

116. *Ramulus propaginis, 115, qui propagini, 119, coalescit.*

117. *Fibra ramuli, 116, quæ, circa suram, in tegumenta desinit.*

118. *Truncus propaginis, 115, qui tegumentis anticæ tibiæ partis impenditur.*

119. *Propago interior divisionis, 114. 114.*

120. 102. *Ramulus propaginis, 119, qui surculum, 121, & alios, in quos desinit,*

desinit, tegumentis partis lateralis internæ tibiæ largitur.

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

122. *Coalitus ramuli, 116, & propaginis, 119.*

123. *Fibra propaginis, 119, quæ partis lateralis internæ tibiæ impenditur.*

124. *Divisio trunci quem ramulus, 116, & propago, 119, efformant.*

125. *Propago exterior divisionis, 124.*

126. *Fibra propaginis, 125, quæ unà cum fibra, 127, tegumentis partis anticæ tibiæ prospicit.*

128. *Ramulus propaginis, 125, qui suis cum surculis, per tegumenta supernam tarsi partem occupantia, distribuitur.*

129. *Ramulus propaginis, 125, qui sicut & ramulus, 128, per tegumenta supernæ tarsi parti superstrata, juxta malleolum internum disseminatur.*

130. *Propago interior divisionis, 124, cujus fibræ, 131, 131, 131, 131, 131, 131, partis lateralis internæ tibiæ impenduntur.*

132. *Divisio propaginis, 130.*

133. *Ramulus interior divisionis, 132, qui postquam fibrillas plures tegumentis malleolo interno adjacentibus impertiit, in ligamentum ossa tarsi invicem connectens inseritur.*

134. *Ramulus exterior divisionis, 132, qui venam saphenam deserit, paulo supra malleolum internum.*

135.135.135.135. *Fibrillæ ramuli, 134, quæ per tegumenta malleolo interno accumbentia distribuuntur.*

136. *Surculi ramuli, 134, qui in tegumentis partis lateralis internæ tarsi desinunt.*

TABULA XXIX.

Nervos ossis sacri repræsentat.

A. A. *Facies postica portionis medullæ spinalis, quæ intra vertebras ossis sacri latitat.*

B. *Propago infimi nervi lumbaris recisa, quæ nervo primo ossis sacri coalescit, & unà cum illo in nervum cruralem posticum desinit.*

C. *Primus nervus ossis sacri.*

D. *Secundus nervus ossis sacri.*

E. *Tertius nervus ossis sacri.*

F. *Quartus nervus ossis sacri.*

G. *Quintus nervus ossis sacri.*

H. *Sextus nervus ossis sacri, qui per tegumenta coccygem investientia distribuitur.*

I. *Secundi, seu primi proprij medullæ spinalis involucri productio, quæ in coccyge terminatur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 290 sur 315

©BIU Santé




Tabula xxxx folio 232

K. K. K. *Plexus ganglioformes trium ſuperiorum nervorum oſſis ſacri.*

*. *Ramus nervi intercoſtalis, qui nervo primo oſſis ſacri coaleſcit, & unà cum illo in nervum cruralem poſticum abit.*

L. *Coalitus nervorum*, B. & C.

1. *Nervorum*, B. & C, *ſimul unitorum ramulus, qui poſtquam abdominis cavo per externam oſſis ilij fiſſuram egreſſus eſt, in duas fibras dividitur.*

2. 2. *Fibra inferior ramuli*, 1, *quæ ſurculos ſuos muſculo femoris, glutæo ſcilicet minori tribuit.*

3. 3. *Fibra ſuperior ramuli*, 1, *cujus ſurculi in muſculum femoris, glutæum nempe medium inſeruntur.*

4. *Ramulus nervi*, D, *qui cùm cavitate imi ventris per externam oſſis ilij fiſſuram, exiit, in duas fibras dirimitur, quarum inferior*, 5. 5. *muſculum femoris, glutæum ſcilicet medium ſubit, & in illo terminatur : ſuperior verò* 6. 6. *per glutæum majorem diſſeminatur.*

M. M. *Nervus cruralis poſticus, qui è nervis* B. C. D. & E, *ſimul coaleſcentibus, communique tunicâ involutis componitur, & interiori oſſis ſacri ſuperficiei accumbit ; ex quo fit ut graviditati, & tardiori alui dejectioni crurum ſtupor, lumborum dolore utplurimum comitatus ſuperveniat.*

7. 7. *Fibra è plexu ganglioformi nervi* E *prodiens, quæ nervo*, F, *coaleſcit.*

8. 8. *Ramulus nervi*, E, *qui poſtquam muſculo femoris, iliaco externo, ſeu pyriformi fibrillas*, 9. 9. *impertiit, in nervum cruralem poſticum deſinit.*

N. *Ramulus nervi*, E, *qui fibram*, 10, *prædicto muſculo pyriformi largitur, nervo*, F, *coaleſcit, demùmque in nervum cruralem poſticum abit.*

11. 11. *Fibræ duæ nervi*, F, *quarum ſurculi per inteſtinum rectum diſſeminantur.*

12. 12. *Ramulus nervi*, F, *qui partim inteſtino recto, partim ani muſculis, ſphincteri nempe, necnon levatoribus, & partim muſculo femoris, glutæo ſcilicet majori impenditur.*

13. 13. *Truncus nervi*, F, *qui ramo*, 20. 20. *coaleſcit.*

14. *Trunci*, 13. 13. *diviſio in duos ramulos, qui tegumentis perinæum occupantibus proſpiciunt, & fibrillas numeris*, 15. 15. 15. 15. &c. *deſignatas tum communibus, tum propriis teſtium tunicis impertiunt.*

16. 16. 16. *Fibræ nervi quinti oſſis ſacri, quæ in rectum inteſtinum, & muſculos ejus levatores inſeruntur.*

17. 17. 17. 17. *Surculi nervi quinti oſſis ſacri, qui in muſculo ſphincktere ani, & membranis adjacentibus terminantur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 294 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

18. *Nervus sextus, seu ultimus ossis sacri, cujus surculi per tegumenta coccygem investientia disseminantur, ut suprà indicavimus.*

19. 19. *Ramus è nervo crurali postico emergens, qui in musculos femoris, iliacum scilicet internum, & obturatorem internum absumitur.*

20. 20. *Ramus è nervo crurali postico prodiens qui è fibrillis propaginis,* B, *& nervi,* C, *simul coalescentibus conflatus est.*

21. 21. 21. *Fibræ rami, 20. 20. quæ circa perinæum in tegumenta inseruntur.*

22. *Fibra rami, 20. 20. quæ musculo erectori penis impenditur.*

23. *Fibra rami, 20. 20. quæ in musculum acceleratorem penis inseritur.*

24. *Extremi surculi rami, 20. 20. qui unà cum fibris quinque superpositis, per nervosum penis corpus, & per glandem dispergunturi.*

25. *Ramus è nervo crurali postico ortus, cujus fibræ 26. 26. 26. in musculos femoris, duos nempe parvos quadrigeminos absumuntur.*

27. *Extremæ fibrillæ rami, 25, quæ in quadrigemino femoris musculo, qui quadratus dicitur, terminantur.*

28. *Ramus è nervo crurali postico emergens, qui è fibrillis quibusdam nervi,* D, *componitur.*

29. 29. 29. *Fibræ rami, 28, quæ per musculum femoris, glutæum majorem disseminantur, si surculos quosdam excipias, qui in cutim desinunt.*

30. *Hîc loci ramus, 28, fibram è nervo crurali postico emergentem admittit.*

31. 31. *Propago rami, numero, 30, designati, quæ partim perinæo, & partim scroto impenditur.*

32. 32. *Propago altera rami, numero, 30 designati, quæ in duos ramulos, 33. & 34. 34. dirimitur, qui in tegumenta posticam cruris partem occupantia absumuntur.*

O. O. *Nervus cruralis posticus, qui circa poplitem in duos insignes ramos dividitur. Nota quòd iste nervus aliquando circa supernam, & aliquando circa mediam femoris partem duplex apparet.*

35. 35. *Ramulus nervi cruralis postici, qui in portionem musculi bicipitis femoris à tubere ossis ischij ortam inseritur.*

36. *Ramus nervi cruralis postici, qui in prima origine interdum in tres propagines divisus apparet.*

37. *Propago rami, 36, quæ in portione inferiore, ac longiore musculi tricipitis terminatur.*

38. 38.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 295 sur 315

©BIU Santé

38. 38. *Fibra rami*, 36, *quæ per muſculum ſeminervoſum diſtribuitur.*

39. 39. *Propago rami*, 36, *quæ per muſculum ſemimembranoſum diſpergitur.*

40. *Ramus nervi cruralis poſtici, qui fibram* 41. 41. *moli carneæ muſculi bicipitis femoris impertitur.*

42. *Surculi rami*, 40, *qui in panniculum carnoſum deſinunt.*

43. *Fibrillæ rami*, 40, *quæ in membranas externo ac infimo oſſis femoris tuberi ſuperſtratas explicantur.*

44. 44. *Extremæ rami*, 40, *fibrillæ, quæ partim in membranas rotulæ vicinas, & partim in ligamenta inſeruntur, quibus rotula ipſa oſſibus, femoris nempe & tibiæ connectitur.*

P. *Diviſio nervi cruralis poſtici in duos inſignes ramos, literis*, Q, & R, *deſignatos.*

Q. *Ramus exterior, ac minor diviſionis*, P.

R. *Ramus interior ac craſſior diviſionis*, P.

45. *Fibra rami*, Q, *quæ in membranas ſupernæ fibulæ parti accumbentes explicatur.*

46. *Propago rami*, Q, *quæ tegumentis externam tibiæ partem occupantibus impenditur. Nota quòd hæc rami*, Q, *propago nonnunquam circa originem in duos ramulos dirimitur, qui deinde in alias atque alias fibras divaricantur.*

47. 47. *Extremi propaginis*, 46, *ſurculi, qui in tegumentis malleolo externo adjacentibus terminantur.*

48. *Fibra rami*, Q, *quæ partim in tegumenta ſupernæ fibulæ parti ſuperſtrata, & partim in muſculum poplitæum abſumitur.*

49. 49. *Fibra rami*, Q, *quæ per muſculum pedis, peronæum ſcilicet anticum diſtribuitur.*

50. *Propago rami*, Q.

51. 51. *Diviſio propaginis*, 50, *in duos ramulos, quorum minor*, 52, *in muſculo peronæo antico deſinit, craſſior vero* 53. 53. *in muſculum peronæum poſticum inſeritur.*

54. 54. *Fibra rami*, Q, *quæ muſculo peronæo antico impenditur.*

55. *Fibra rami*, Q, *cujus ſurculi*, 56, *in muſculum tibialem anticum, & ſurculi*, 57, *in muſculum longum extenſorem digitorum pedis abſumuntur.*

S. S. *Diviſio rami*, Q.

T. *Propago craſſior diviſionis*, S. S.

58. 58. *Fibra propaginis*, T, *quæ in muſculo tibiali antico terminatur.*

u. u. *Diviſio propaginis*, T.

59. *Ramulus diviſionis*, u. u.

60. *Fibra ramuli*, 59, *quæ per muſculum extenſorem longum digitorum pedis diſtribuitur.*

61. *Fibra ramuli*, 59, *quæ in panniculum carnoſum deſinit.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 296 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

62. 62. *Fibræ ramuli, 59, quæ tegumentis tarso accumbentibus impenduntur.*

63. 63. *Fibra ramuli, 59, cujus surculi per membranas tarso superstratas, & musculos interosseos pedis disseminantur.*

64. 64. 64. *Fibræ ramuli, 59, quæ tegumentis partis internæ metatarsi impenduntur.*

65. 65. *Extremæ fibrillæ ramuli, 59, quæ tegumentis partem supernam pollicis investientibus prospicit.*

66. 66. *Ramulus alter divisionis, u. u. qui musculum extensorem longum digitorum permeat.*

67. 67. *Fibræ duæ Ramuli, 66. 66. quæ in musculum extensorem pollicis absumuntur.*

68. *Fibra ramuli, 66. 66. quæ unà cum fibris, 67. 67. in musculo extensore pollicis terminatur.*

69. *Fibra ramuli, 66. 66. quæ per musculum tibialem anticum dispergitur.*

70. 70. *Divisio ramuli 66. 66.*

71. *Fibra cujus interventu propagines duæ divisionis 70. 70. invicem communicant.*

72. 72. *Propaginum duarum divisionis 70. 70. coalitus.*

73. 73. *Secunda divisio ramuli 66. 66.*

74. 74. *Propago exterior divisionis, 73. 73, quæ surculos suos musculo, brevi extensori digitorum, membranis tarsi, & musculis interosseis largitur.*

75. 75. *Propago media divisionis 73. 73. quæ, ubi cum cæteris ejusdem divisionis propaginibus, subtus annulare tarsi ligamentum transiit, in duas propagines minores dirimitur, quæ per membranas tarso & metatarso accumbentes, necnon per musculos interosseos distribuuntur.*

76. 76. *Propago interior ac crassior divisionis 73. 73.*

77. *Fibra propaginis, 76. 76. quæ in tegumenta metatarsi absumitur.*

78. 78. *Divisio propaginis, 76. 76. in duas propagines minores.*

79. 79. *Propago interior divisionis, 78. 78. quæ parti supernæ ac laterali pollicis prospicit, quæ scilicet digitum indicem respicit.*

80. 80. *Propago exterior divisionis 78. 78. quæ parti supernæ ac laterali digiti indicis impenditur, quæ pollicem spectat.*

X. X. *Propago minor divisionis S. S.*

81. *Fibra propaginis, X. X. quæ in musculum peronæum anticum inseritur.*

82. 82. *Fibra propaginis X. X. quæ per musculum peronæum posticum disseminatur.*

83. *Truncus propaginis X. X. qui musculo peronæo postico superstratus, & adhærens inferiora versus tendit, & paulò supra malleolum externum ad anteriora inclinatur.*

84. 84. 84. *Fibræ propaginis X. X. quæ in tegumenta malleolo externo adjacentia inseruntur.*

85. 85.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 297 sur 315

©BIU Santé

85. 85. *Plexus ganglioformis, in quem propago X. X. circa anticam tibiæ partem, paulò ſupra malleolos, interdum excreſcit.*

86. 86. &c. *Fibræ ſuprà memorato è plexu ganglioformi prodeuntes, quæ in tegumenta abſumuntur.*

87. *Diviſio propaginis, X. X.*

88. *Propago interior diviſionis, 87. quæ fibras quaſdam, hinc inde emittit, quæ in tegumenta tarſi & metatarſi explicantur.*

89. 89. *Diviſio propaginis 88. in duas propagines minores.*

90. 90. *Propago diviſionis, 89. 89. quæ parti ſupernæ ac laterali digiti indicis impenditur, quæ tertium à pollice digitum reſpicit.*

91. 91. *Propago altera diviſionis 89. 89. quæ per ſupernam ac lateralem tertij à pollice digiti diſpergitur.*

92. *Propago exterior diviſionis, 87.*

93. 93. *Fibra propaginis, 92, quæ in muſculum, brevem extenſorem digitorum abſumitur.*

94. 94. *Fibræ propaginis, 92, quæ unà cum quatuor illius ſurculis, nullis numeris deſignatis, in tegumenta tarſi & metatarſi inſeruntur.*

95. 95. *Diviſio propaginis, 92, in duas propagines minores.*

96. *Propago diviſionis, 95. 95. cujus fibra, 97. 97. ſuis cum ſurculis, per ſupernam ac lateralem tertij à pollice digiti partem diſſeminatur, quæ ſcilicet quartum digitum ſpectat: fibra verò, 98. 98. ſupernæ ac laterali quarti à pollice digiti parti impenditur, quæ tertium reſpicit.*

99. *Propago altera diviſionis, 95. 95. cujus fibra, 100. 100. ſupernæ ac laterali parti quarti à pollice digiti proſpicit, quæ minimum ſpectat: fibra verò, 101. 101. per ſupernam ac lateralem minimi digiti partem diſſeminatur, quæ quartum reſpicit.*

102. *Fibra rami, R, quæ in muſculum plantarem inſeritur.*

103. *Fibra rami, R, quæ per muſculum poplitæum, ipſique affines membranas diſpergitur.*

104. *Fibra rami, R, quæ principium internum muſculi gaſtrocnemij ſubit, & per illum diſſeminatur.*

105. *Propago inſignis rami, R.*

106. *Diviſio propaginis, 105, in tres propagines minores.*

107. 107. *Propago diviſionis, 106. quæ principium externum muſculi gaſtrocnemij penetrat, & per illum diſtribuitur.*

108. 108. 108. *Propago media diviſionis, 106. quæ in muſculum ſoleum abſumitur.*

109. 109. *Propago craſſior diviſionis, 106. quæ in duos ramulos dividitur, quorum unus duplicato numero, 110. 110, deſignatus, & ad finem uſque tendinis Achillis protenſus, tegumentis exteriori ſuræ lateri ſuperſtratis proſpicit.*

111. 111. *Ramulus propaginis, 109. 109. qui unà cum ramulo, 110. 110. tegumentis exterius ſuræ latus occupantibus impenditur. Hîc notandum*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 298 sur 315

©BIU Santé

CAP. VII. *De nervis spinalibus.*

tandum occurrit, quod ramulus iste, sæpe sæpius desideratur, & tunc vices illius supplet ramulus alter huic assimilis, qui è ramo, Q, divisionis, P, emittitur, & emissas è ramo, R, fibras quasdam admittit. Præterea iste nervus aliquando parti supernæ quinti & quarti à pollice digiti prospicit, & fibram unam tertio impertitur, & tunc propaginis X. X. *truncus, ad tarsum & metatarsum pervenit, tegumentis solùm impenditur, & vix ad digitos usque protenditur; sed hoc rarò contingit.*

112. *Fibra ramuli,* III. III. *quæ in tegumenta malleolo externo accumbentia explicatur.*

113. 113. 113. *Fibræ ramuli,* III. III. *quæ partim in tegumenta partis externæ tali, & partim in molem carneam ac fungosam, plantam pedis occupantem inseruntur.*

114. 114. *Fibræ ramuli,* III. III. *quæ in tegumenta pedis absumuntur.*

115. 115. *Fibræ ramuli,* III. III. *quæ partim tegumentis pedis, & partim musculo abductori minimi digiti impenduntur.*

116. *Fibra ramuli,* III. III. *quæ in metatarsi tegumenta desinit.*

117. 117. *Extremæ ramuli,* III. III. *fibrillæ, quæ unà cum fibra,* 101. 101. *parti supernæ minimi pedis digiti prospicit.*

118. *Propago rami,* R, *quæ fibram,* 119. *musculo poplitæo, & fibras,* 120. 120. *membranis principium musculi tibialis postici investientibus largitur.*

121. 121. *Propago rami,* R, *quæ per musculum, tibialem posticum dispergitur.*

122. *Fibra rami,* R, *quæ medium ventrem musculi solei penetrat, & per illum disseminatur.*

123. *Fibra rami,* R, *quæ in tunicas vasorum circa suram inseritur.*

124. 124. *Propago rami,* R, *quæ musculo, longo extensori digitorum pedis impenditur.*

125. *Fibra rami,* R, *quæ in musculo flexore pollicis terminatur.*

126. 126. *Fibra rami,* R, *quæ in musculum tibialem posticum absumitur.*

Y. Y. *Truncus rami,* R, *qui inferiora versus tendens musculis, gastrocnemio scilicet, & soleo substernitur.*

Z. *Truncus rami,* R, *transversim recisus, cujus reliquam distributionem,* Vide in Tabula sequenti.

TABULA XXX.

Nervum exhibet, qui plantæ pedis prospicit.

A. *Truncus rami,* R, *in ista, quemadmodum & in præcedenti tabula, ex transverso recisus.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 299 sur 315

©BIU Santé

111. *Fibræ tres trunci, A, quæ partim in tegumenta partis internæ tali, & partim in molem carneam, ac fungosam, imum pedem occupantem absumuntur.*

2.2. *Fibra trunci, A, quæ tegumentis internæ tali partis impenditur, si quosdam illius surculos excipias, qui ad suprà memoratam molem carneam, aut veluti carneam protenduntur.*

B. *Divisio trunci, A, in duos ramos.*

C.C. *Ramus interior divisionis, B.*

3.3.3. *Fibrillæ rami, C.C. quæ in membranas vicinas desinunt.*

4. *Fibrilla rami, C.C. quæ medium ventrem musculi, brevis flexoris digitorum pedis subit, & per illum disseminatur.*

D. *Divisio rami, C.C.*

E. *Propago divisionis, D.*

5. *Fibra propaginis, E, quæ, postquam surculos, 6.6.6. musculo, brevi nempe flexori digitorum pedis impertiit, ipsimet propagini, E, è qua emerserat, coalescit.*

7.7.7.7. &c. *Fibrillæ propaginis, E, quæ partim in primo musculo interosseo pollicis, & partim in abductore illius terminantur.*

8.8. *Hîc loci propago, E, fibram, quam anteà emiserat, admittit.*

9.9.9.9. *Extremi propaginis, E, surculi, qui parti infimæ, ac laterali pollicis impenduntur.*

F. *Propago altera divisionis, D.*

G. *Divisio propaginis, F.*

H. *Propago divisionis, G.*

10.10.10. *Fibrillæ propaginis, H, quæ in musculos lumbricales, & massam carneam ipsis affinem, atque adhærentem absumuntur.*

I. *Propaginis, H, Divisio in duas propagines minores.*

11. *Propago divisionis, I, quæ in partem infimam ac lateralem pollicis inseritur, quæ digitum indicem respicit.*

12. *Propago divisionis, I, quæ parti infimæ, ac laterali digiti indicis prospicit, quæ pollicem spectat.*

K. *Propago altera divisionis, G.*

L. *Propaginis, K, divisio.*

13.13. *Nerveæ fibræ duæ, quæ in membranas vicinas explicantur.*

M.M. *Propago divisionis, L.*

N.N. *Divisio propaginis, M.M. in duas propagines minores, quarum una, 14, parti infimæ, ac laterali digiti indicis impenditur, quæ tertium à pollice digitum respicit: altera verò, 15, in partem infimam, ac lateralem prædicti tertij à pollice digiti inseritur, quæ indicem spectat.*

O.O. *Propago altera divisionis, L.*

P.P. *Divisio propaginis, O.O. in duas propagines minores, quarum una, 16, per lateralem ac infimam partem tertij à pollice digiti disseminatur.*

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 300 sur 315

©BIU Santé

disseminatur, quæ respicit quartum : altera verò, 17, *infimæ, ac laterali quarti à pollice digiti parti prospicit, quæ tertium spectat.*

Q. *Ramus exterior divisionis,* B.

18. *Fibra rami,* Q, *quæ partim in membranas vicinas, & partim in massam carneam inseritur, quæ è calce oritur, & à quibusdam Anatomicis pro musculo habetur, cujus pars tendinosa tendinibus musculi, brevis flexoris digitorum pedis coalescit.*

19. *Fibra rami,* Q, *quæ musculum, brevem flexorem digitorum pedis subit, & in ipso terminatur.*

20. 20. *Fibræ duæ rami,* Q, *quæ in massam carneam è calce ortam, & musculorum lumbricalium molem adaugentem inseruntur.*

21. *Fibra rami,* Q, *quæ per suprà memoratam massam carneam distribuitur, & ad molem quasi carneam imum pedem occupantem protenditur.*

22. *Fibra rami,* Q, *quæ prædictam per molem quasi carneam tarso & metatarso substratam dispergitur.*

R. *Propago rami,* Q, *quæ in musculos lumbricales, adductores pollicis, & interosseos absumitur, si furculos illius,* 23. 23. *excipias, qui musculo transversali, seu adductori minori pollicis prospiciunt, & ad hanc molis quasi carneæ partem exporriguntur, quæ juxta minimum digitum sita est.*

S. S. *Divisio rami,* Q,

T. *Propago interior divisionis,* S. S. *quæ postquam furculos tres,* 24. 24. 24. *musculis lumbricalibus, & interosseis impertiit, in duas propagines minores dirimitur, quarum una,* 25, *per infimam ac lateralem partem quarti à pollice digiti distribuitur, quæ minimum, seu quintum respicit : altera verò,* 26, *parti infimæ, ac laterali quinti à pollice digiti impenditur, quæ quartum spectat.*

V. *Propago exterior divisionis,* S. S.

27. 27. *Fibræ duæ propaginis,* V, *quæ in musculos, lumbricales, & interosseos, necnon in tegumenta absumuntur.*

28. 28. *Fibræ duæ propaginis,* V, *quæ per hanc molis quasi carneæ partem dispergitur, quæ externum imi pedis latus occupat.*

29. 29. *Fibræ duæ propaginis,* V, *quæ in musculum abductorem minimi digiti inseruntur.*

30. *Extremi propaginis,* V, *furculi, qui unà cum propagine,* 26, *infimæ minimi digiti parti prospiciunt. Hîc notandum venit, quod omnes ferè propaginis,* V, *fibræ plexulum unum ganglioformem obtinent.*

CAPUT VIII.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 301 sur 315

BIU Santé



Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 302 sur 315

©BIU Santé

CAPUT VIII.

De sensu Tactûs.

PRiusquam in Tactûs naturam inquiramus, ut explicandam in sequentibus rationem, quâ distincti illius actus eduntur, quivis facilè intelligat, notandum est quòd nervi sensûs istius actibus edendis dicati, dum instrumenta illius, membranosas scilicet corporis partes subeunt, funiculorum formam amittunt & in membranas explicantur. Nerveæ námque propagines quæ per cutim disseminantur, subtus ipsam in alias atque alias fibrillas dividuntur, quæ invicem complicatæ retiformes velut plexulos efformant, qui cùm breviſſimos & perexiguos surculos, in glandulis miliaribus cuticulæ substratis desinentes emisetunt, tenuium membranularum formam induunt, & in cutim ipsam desinunt; alij verò nervi, qui in reliquas corporis partes membranosas inseruntur, ita expanduntur, ut ipsimet in eas quas penetrant membranas abeant; adeò ut cutis & aliæ membranosæ corporis partes ubivis nerveis propaginibus instructæ, spiritúque animali perfusæ sint. Hinc fit ut tactilia cuivis, etiam minimæ, cutis aut alterius membranæ parti admota, frigus vel calorem, humiditatem vel siccitatem, aut quamdam aliam in anima sensationem ad tactum referendam excitent.

Tactûs organum designatur.

His præmissis, tactum pro facultate tangendi sumptum, nihil aliud esse dicimus, quàm ipsammet animam, spectatam prout cutis, aut aliarum membranosarum corporis partium ministerio, perceptiones eas admittere potest, quæ frigoris vel caloris, humiditatis vel siccitatis, duritiei vel mollitiei, asperitatis vel lævitatis, voluptatis vel doloris nomine exprimi solent. Ejusmodi autem perceptiones, sive sensationes in anima producuntur, ubi tactilia membranosis corporis partibus, ac potissimùm cuti applicata, nerveis quibus instruuntur fibrillis, & spiritui animali, quo ubivis perfunduntur, motum quemdam imprimunt, à quo ad commune usque sensorium prorogato, occasionali tanquam à causa, quædam ex naturæ instituto in anima sensatio excitatur, quæ pro diversâ tactilium superficie, & diversâ ratione, quâ tactûs instrumentis applicantur, diversa esse solet, uti fusè necnon clarè explicatur in libro

©BIU Santé

bro octavo Physicæ Petri Silvani de Regis inter recentiores hujus sæculi Philosophos peritissimi.

Cap. IX. *De ratione motûs muscularis.*

CAPUT IX.

De ratione motûs muscularis.

Quò genuina motûs muscularis ratio planè innotescat, notandum est primò, quòd musculus partium quibus appenditur, motibus obeundis dicatus, binis membranis, unâ nempe communi, & alterâ propriâ, infinitis propemodùm tum tendinosis seu motricibus, tum nerveis fibris, carneâ substantiâ, quæ corporis molem potissimùm constituit, arteriis, venísque constat. Binæ musculi membranæ extrinsecam illius superficiem occupantes, fibrillis ex se emissis, omnes corporis musculos invicem colligant, alios ab aliis distinguunt, eósque exquisitæ, quam illis inducunt, lævitatis ministerio, motibus suis facilè peragendis aptos reddunt.

Notandum est secundò, quòd tendinosæ musculi fibræ, chordarum aliquatenus æmulæ, in utroque illius extremo coëuntes, ita intorquentur, atque invicem coalescunt, ut funem grandiorem ex innumeris aliis minoribus contextum referant. Ipsæmet jamjam memoratæ tendinosæ musculi fibræ, intra corpus ejus à se invicem distant; quoniam ipsis sanguinis per vasa earum interstitia occupantia devecti lenta quædam portio, carnem musculosam constituens interjicitur, & ob imminutum motum suum crassescens sistitur, iisque agglutinatur; ex quo fit ut illæ carneæ vulgò nominentur. Tendinosæ de quibus nunc agitur fibræ in omnibus ferè musculis rectum, in quibusdam spiralem, in aliis circularem, & in aliis transversum situm obtinent, imò & in pluribus variè sibi invicem occurrunt, atque coalescunt; unde fit ut non modò plures sint diversæ figuræ musculi, sed etiam ut alij unum tantùm, & alij plures ventres habeant.

Notandum est tertiò, quòd tendinosæ, quas modò descripsimus, fibræ totum ferè musculi robur constituentes, quippe quæ semper defæcatissimo succo lymphatico, quo scilicet nutriuntur, & spiritu animali, naturaliter simul sociatis veluti turgent, in continuâ quadam tensione constituuntur, & sese contrahere

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 304 sur 315

©BIU Santé

Cap. IX. *De ratione motûs muscularis.*

perpetuò nituntur, atque adeò elateris sui ope nisum quemdam semper edunt, etiam dum nullam tensionem pati videntur; quod sequentibus experimentis confirmatur. Cùm musculus quidam ex transverso secatur, aut paralysi afficitur, antagonista illius totus in se ipsum vi propriâ contrahitur, simúlque partem, cui movendæ dicatus est, supra modum naturalem, & continuò ad se trahit; adeóque hunc patitur morbum, qui convulsio vulgò dicitur. Hoc autem ita contingit, quòd penitus ablatâ transversim secti, aut paralysi affecti musculi vi elasticâ, illæsi alterius musculi conatus major quàm anteà, necnon continuus sit. Præterea musculus, si principium ejus ex transverso abscindatur, totus ad caudam fertur, quemadmodum ad caput retrahitur, si finis illius secetur, & utramque versus extremitatem conglobatur, dum circa mediam sui partem rescinditur. Quæ cùm ita sint, tendinosas musculi fibras elatere præditas esse constat, qui à succo lymphatico, quo nutriuntur, & à sanguine arterioso ipsarum interstitiis affuso, tanquam à causis disponentibus, & à spiritu animali, activo velut principio, dependet, ut *Cap.* XV. *Lib.* I. indicavimus, ubi totali sublato illius influxu, motum omnem illico perire diximus.

Notandum est quartò, quòd elastica musculi vis, quam à tendinosis, seu motricibus fibris suis mutuatur, duplici modo augetur; nimirum vel dum prædictæ illius fibræ subtilissimo quodam liquore, spiritu nempe animali imbuuntur: vel cùm binæ ipsarum extremitates ab invicem diducuntur; quoties enim spiritus animalis copiosiùs ad unum, quàm ad alterum, musculum affluit, toties musculus cujus tendinosæ fibræ majorem illius copiam admittunt, superadditi elateri suo roboris ope, in semetipsum contrahitur; quod ita contingit, quoniam ubi nova spiritûs animalis copia tendinosarum musculi cujusdam fibrarum poros subit, ipsos ampliores, atque adeo tendinosas easdem fibras breviores fieri, simúlque totum musculum contrahi necessum est. Elasticam musculi vim augeri, dum binæ motricum fibrarum illius extremitates ab invicem diducuntur, in dubium revocari minimè potest, quoniam hic proprio marte sese contrahit, cùm principium & finis ejus non ampliùs ab invicem diducuntur; augetur autem elateris musculi robur, dum hic in longum ducitur, uti contingit quotiescunque antagonista illius

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 305 sur 315

©BIU Santé

illius contrahitur ; quoniam tunc motricum ejus fibrarum pori non modò figuram mutant , ſed etiam multò minores quàm anteà evadunt ; unde fit ut ætherea , ſeu primi elementi Carteſij materia ipſos facilè permeare nequeat ; ac propterea illos ampliare , adeóque prædictas fibras tendinoſas , ſimúlque muſculum contrahere perpetuò nitatur. CAP. IX. *De ratione motûs muſcularis.*

Notandum eſt quintò , quòd dum ſuprà memoratarum motricum fibrarum , utpote extenſarum , pori anguſtiores fiunt , hoſpitans in ipſis ſpiritus animalis veluti exprimitur , atque nerveas in fibras repellitur ; & quoniam verſus fontem à quo manavit refluere nequit , continuò motrices fibras , quarum poros anteà occupabat , rurſus penetrare conatur , & ſic elaſticæ ipſarum vi augendæ conducit.

Notandum eſt ſextò , quòd omnes muſculi , ſi ſphincteres excipias , ſuos habent antagoniſtas ; atque adeo quotieſcunque muſculi plures oppoſiti in æquali tenſione conſtituuntur , movenda ab ipſis pars non magis verſus unum , quàm verſus alium trahitur ; ac proinde in quodam velut æquilibrio conſtituitur ; ex quo fit , ut vel minima vis uni , aut alteri prædictorum muſculorum addita intermediam ipſis partem verſus aliquem locum moveri cogat. Nec tantùm in quodam velut æquilibrio conſtituuntur partes , dum muſculi quorum ope moventur , æqualiter tenduntur , ſed etiam dum unus eſt contractus & alter extenſus ; quoniam dum elateri muſculi cujuſdam robur per adventum novi ſpiritûs animalis augetur , antagoniſtæ illius , utpote extenſi , vis elaſtica æquale incrementum capit per niſum continuum materiæ æthereæ , quæ tendinoſarum illius fibrarum poros ampliare , ſimúlque illum contrahere perpetuò nititur , ut ſuprà explicuimus ; ac propterea finitâ muſculi cujuſvis actione , qui antagoniſtam habet , pars quæ ab ipſo mota fuit , in quodam velut æquilibrio manet ; quemadmodum fit , cùm antagoniſtæ muſculi æqualiter tenduntur ; ex quibus planè intelligitur , quòd ut membrum quieſcens moveatur , parva admodum vis , uni aut alteri muſculorum ſuorum ſuperaddita ſufficiat.

Notandum eſt ſeptimò , quòd ubi nervus ad muſculum pervenit , quem utplurimùm circa principium , & interdum circa medium illius corpus ſubit , communis ejus tunica exterior , quam ſaltem ex parte deponit , explicatur , & unà cum ex-

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 306 sur 315

©BIU Santé

Cap. IX. *De ratione motûs muscularis.*

panſis tendinoſarum quarumdam fibrarum extremis, brevíorum ſcilicet, quæ ad finem uſque muſculi non protenduntur, membranam conſtituit, quæ, cum ambitu ſuo muſculum, cui arctiſſimè adhæreſcit, proximè complectatur, propria illius membrana dicitur, quæ innumeras ex ſe fibrillas emittit, quæ fibras tendinoſas penetrant, & in illis deſinunt.

Poſteaquam nervus, qui ſæpe ſæpius pluribus muſculis, & rarò uni tantùm ramos impertitur, tunicam communem exteriorem, ſaltem ex parte depoſuit, ut modò innuimus, muſculum ingreditur, & intra corpus illius plures propagines, tendinoſarum fibrarum interſtitia occupantes exerit, quarum aliæ rectà, aliæ verò nonnihil obliquè verſus finem ejus tendunt, ad quem vix unquam perveniunt. Iamjam memoratæ nervi propagines minimas, ac penè inſenſiles fibras, in quas ſcilicet deſinunt, ex utroque ſuo latere emittunt, quæ invicem colligatæ in membranulas, velut tenuiſſimas telas abeunt, quarum ſubtiliſſima, ac innumera fila tendinoſas muſculi fibras in quibus terminantur, ex tranſverſo penetrantia, tranſverſas illius fibras conſtituunt; adeo ut illæ operis textorij ſtamen, iſtæ verò ſubtegmen æmulentur. Tranſverſæ hujuſmodi fibræ, unà cum prædictis fibris è propria muſculi tunicâ emiſſis, tendinoſas ubivis penetrant, & ſpiritum animalem, necnon defæcatiſſimum ſuccum lymphaticum, quibus ſemper veluti turgent, ut ſupra diximus, in ſingulos ipſarum poros exonerant; unde procul dubio fit, ut muſculus qui majorem quàm ſuus antagoniſta, ſpiritus animalis copiam admittit, uno eodémque ferè momento totus in ſe ipſum contrahatur. Hîc unum in tranſcurſu explicandum occurrit, videlicet cur muſculus, ubi ob novum ſpiritûs animalis affluxum contrahitur, brevior, necnon durior, quàm anteà fiat, quin majorem craſſitiem acquirat. Hoc autem ita conficitur, quia dum ſpiritus animalis tenuiſſima, penéque inſenſilia fila ſubit, quibus tendinoſæ muſculi ſeſe contrahentes fibræ conſtant, eorum poros dilatari; ac proinde ipſa majorem latitudinem acquirere neceſſum eſt; quod fieri nequit, quin conflatæ ex illis tendinoſæ fibræ longitudinis ſuæ quicquam amittant, atque adeò muſculus ipſe contrahatur, & brevior fiat. Dum

prædicta

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 307 sur 315

©BIU Santé

prædicta tenuiſſima fila, quibus tendinoſas fibras conſtare modò diximus, latitudinem acquirunt, ad ſe invicem neceſſariò propiùs accedunt, & idcirco conflatum ex illis mùſculum duriorem evadere oportet, quin majorem acquirat craſſitiem; quoniam, ubi tenuiſſima fibrarum tendinoſarum fila ad ſe invicem propiùs accedunt, ipſorum interſtitia multò minora quàm anteà fiunt; ex quo fit ut ipſis interjectus ſanguis veluti exprimatur, & ſubitò in venas refundatur; ex quibus apertè patet, quòd muſculus, licèt ob novum ſpiritûs animalis affluxum brevior atque durior fiat, majorem craſſitiem acquirere non debeat; quia recenter ad ipſum affluens ſpiritus animalis non amplius, quin potiùs, minus haud dubiè ſpatium occupat, quàm illud quod depulſus ex interſtitiis illius ſanguis antea occupabat.

CAP. IX. *De ratione motûs muſcularis.*

Notandum eſt ultimò, quòd vaſa ſanguifera quæ muſculi conſtructionem ingrediuntur, motui muſculari perficiendo multùm conducunt, uti ſequenti comprobatur experimento, quod *Cap.* I. *Lib.* III. attulimus. Canis abdomine aperto, ſi deſcendens aortæ truncus valido ſtringatur vinculo, protinus ſubjectæ diaphragmati partes, ob caloris vitalis eclipſim, paralyſi laborant, remotóque vinculo, atque adeò ſanguini libero commeatu reddito, eædem partes ſenſum, motúmque recuperant. Quæ cùm ita ſint, nullus eſt ambigendi locus quin motus muſcularis à ſanguine arterioſo, ſaltem tanquam à cauſâ diſponente pendeat; is enim blando ſuo calore, inſenſiles motricum fibrarum meatus intra debitos dilatationis fines retinet, quò ſcilicet lymphaticum quo nutriuntur ſuccum, ſpiritúmque animalem facilè admittant; & prædicti ſucci lymphatici fluorem, adeóque tendinoſarum fibrarum flexibilitatem conſervat. Nam lymphaticus hujuſmodi ſuccus, ſanguinis arterioſi calore ſublato, ſolâ ambientis aëris præſentiâ facilè concreſcit, concretúſque motricibus muſculorum fibris tantum aliquando, ac præſertim hyeme rigorem inducit, ut illi ferè inflexibiles reddantur, ut patet in cadaveribus. Præterea blandus ſanguinis calor aliquale proculdubio ſpiritui animali robur addit, cujus ope ſe ſe faciliùs explicat, muniíſque ſuis obeundis aptior exiſtit.

Iis ſuppoſitis, quæ ſuprà diximus de ſtructurâ muſculi,

©BIU Santé

CAP. IX. *De ratione motûs muscularis.*

culi, & præcipuis ejus partibus, tendinosis scilicet, nerveisque illius fibris, necnon de vasis sanguiferis, quibus irrigatur, genuina motûs ipsius ratio planè intelligi potest; præsertim si nostra attendatur hypothesis, quâ scilicet partes, quæ musculorum ope diversa versus loca trahuntur, ubi quiescunt, seu finita musculorum actione, quorum ministerio moventur, in quodam velut æquilibrio constitui decernitur. Partes enim quas musculi antagonistas habentes versus se ipsos contractione suâ ducunt, aut voluntariis, aut involuntariis, aut mixtis motibus obeundis dicatæ sunt. Quòd si pars, quam movendam esse supponimus, voluntarios tantùm motus obire soleat, quemadmodum pollex, index, manus integra, brachium & aliæ hujusmodi: vel musculi ejus in æquali tensione constituuntur: vel unus est contractus, & alter extensus. Si partis voluntariò movendæ musculi in æquali tensione constituti sint, eorúmque unusquisque parem spiritûs animalis copiam excipiat, intermediam ipsis partem situm suum servare, immotámque manere necessum est; cùm motrix ipsorum vis par sit. Quòd si ex naturæ instituto; per quemdam prævium voluntatis actum, spiritus animalis copiosiùs ad unum, quàm ad alterum musculum affluat, atque adeò unius, magis quàm alterius vis augeatur, poros motricum fibrarum musculi, qui majorem illius copiam admittit, necessariò laxiores, proindéque motrices easdem fibras breviores evadere constat; ex quibus fit, ut musculus idem ad quem copiosiùs quàm ad suum antagonistam, spiritus animalis defertur; protinus necnon facilè contrahatur, simúlque pars in quam finis illius inseritur, versus partem feratur, cui principium ejus annectitur: imò & novum hunc situm retineat, donec per alium voluntatis actum spiritus animalis copiosiùs ad extensum, quàm ad contractum musculum affluere cogatur. Si partis movendæ musculus unus contractus, & alter extensus est; cùm primùm, juxta voluntatis imperium, spiritus animalis copiosiùs versus extensum, quàm versus contractum derivatur, extensus contrahitur, & contractus extenditur; quoniam tunc per validum nisum spiritus animalis, qui ad tendinosas musculi extensi fibras profluit, eásque subire conatur, & per impulsum, quo materia ætherea angustos illarum poros laxare continuò nititur, elateris contracti musculi robur adeò imminuitur,

&

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 309 sur 315

©BIU Santé

& extenſi vis elaſtica ita augetur, ut ille extendatur, & hic proprio marte ſeſe contrahat, atque uno, eodémque tempore partem, in quam inſeritur, verſus ſe ipſum ducat. CAP. IX. *De ratione motûs muſcularis.*

Quod ad involuntarios partium motus ſpectat, qui muſculorum antagoniſtas habentium ope fiant; nullam in toto corpore, præter cor, partem agnoſcimus, quæ iis obeundis dicata ſit. Nobilis autem hujus viſceris motuum cauſas,& rationes *cap.*IV.*lib.*I. adeò clarè explicuimus, ut de iis, hîc loci diſſerere prorsùs inutile nobis videatur; quapropter de cauſis, & rationibus tantùm binarum illius appendicum quædam, velut obiter, dicemus; quoniam de iis, capite ſuprà citato libri primi, ſatis fusè non egimus.

Binæ cordis appendices, quæ vulgò auricularum nomine donantur, continuò manantis è cerebro, & motricum, quibus conſtant, fibrarum poros laxantis ſpiritus animalis copiâ, & impulſu contrahuntur, & ubi, propriâ vi elaſticâ, ad naturalem tenſionis ſtatum ſeſe reſtituere nituntur, ſanguinis ad ipſas, bina tanquam diverticula, appellentis quantitate, impulſu, & vi expanſivâ, qua præditus eſt, dilatantur, & tunc motrices illarum fibræ in longum ducuntur; proptereáque ipſarum pori anguſtiores evadunt; unde fit, ut per impulſum, quo materia ætherea ipſos laxare perpetuò nititur, imò & per niſum ſpiritûs illius animalis, qui ſemper eos ſubire conatur, motricum earumdem fibrarum vis elaſtica, quantùm ſufficit, augeatur, ut illæ, atque adeo auriculæ cordis, rursùs contrahantur, ſimúlque ſanguinem, à quo dilatatæ fuerant, in ventriculos nobilis hujus viſceris protrudant; proindéque illius dilatationi peragendæ conducant.

Hæc eſt genuina ratio, quâ jamjam memoratæ auriculæ in animali perfecto contractionis, & dilatationis motus ſuos obeunt; quomodò autem illæ in animali nondum perfecto contrahantur, & dilatentur, *cap* IV. *lib.*I. indicavimus, ubi cordis ipſius motuum primordia explicuimus.

Demum ſi pars movenda mixtis motibus obeundis apta nata ſit, quemadmodùm oculus, & thorax: aut muſculi ejus æqualem tenſionem obtinent: aut alij contrahuntur, & alij extenduntur. Si partis mixtos motus obituræ muſculi æqualiter tendantur, & ſinguli æqualem ſpiritûs animalis copiam admittant, hujuſmodi partem aliquandiu tantùm ſitum ſuum retinere, & immotam manere oportet. Aliquandiu tantùm pars mixtis motibus obeundis dicata

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 310 sur 315

©BIU Santé

CAP. IX. *De ratione motûs muscularis.*

ſitum ſuum retinet, & immota manet, ut modò diximus; quoniam nerveæ propagines, quæ per muſculos diſſeminantur, quorum miniſterio hæc diverſa verſus loca inclinatur, unam, & eamdem originem habent; ac proindè ex uno, & eodem fonte ſpiritum animalem hauriunt. Nervus enim tertiæ conjugationis rectis oculi muſculis, & obliquo minori propagines ſuas impertitur, & nervi dorſales muſculis pectori dilatando inſervientibus proſpiciunt, ut & iis, qui eidem contrahendo inſerviunt, ſi diaphragma exceperis, cujus nervi cum nervis dorſalibus, intercoſtalis utriuſque interventu, magnam habent communicationem, vide *tabulam* XXIII. Inde fit, ut, dum motrices, verbi gratiâ, muſculi attollentis oculi fibræ, ubi contractionem patiuntur, & oculum ſurſum movent, quantam admittere poſſunt, ſpiritûs animalis copiam admiſerunt, hic, qui ad ipſas deferendus eſſet, ſtatim aliò deflectere cogatur, & verſus deprimentem oculi muſculum derivetur, quem, poros tendinoſarum illius fibrarum, concurrente materiæ æthereæ niſu, laxando contrahit, ſimúlque oculum inferiora verſus ducit. Similiter dum muſculi dilatando pectori dicati, ubi contrahuntur, & pectus dilatant, quantam excipere poſſunt, ſpiritus animalis copiam exceperunt, hic, qui ad ipſos tendere deberet, illicò verſus antagoniſtas illorum, triangularem ſcilicet ſterno ſubditum, muſculos abdominis, & diaphragma neceſſariò derivatur, & quà data porta ruens tendinoſas eorum fibras ingreditur, éaſque, unà cum materia ætherea poros illarum ampliando, contrahit, pectúſque anteà dilatatum, anguſtum reddit; adeò ut, cùm primùm iſtiuſmodi muſculi, qui priùs in longum ducti fuerant, breviores evaſerunt, & eo excepto ſpiritu animali, quem excipere poſſunt, ſeſe contrahentes pectus ipſum contraxerunt, manans è cerebro, & medullâ ſpinali; atque verſus illos tendens ſpiritus animalis protinùs aliò deflectat, & oppoſitos ad muſculos, pectori nempe dilatando inſervientes, profluat, eóſque, concurrente materiæ æthereæ impulſu, iterum contrahat, ſimúlque pectus dilatet. Quæ cùm ita ſint, pulmonum ſtructura, & uſu præcognitis, quomodò reſpiratio fiat, quivis facilè concipere poteſt.

Ex iis quæ modò diximus, planè intelligitur, quòd pars, quæ motibus mixtis obeundis apta comparata eſt, unum, & eumdem ſitum diù ſervare nequeat, quin potiùs contrarius motus obire debeat, quorum alij alios citò excipiant; quoniam tum propter

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 311 sur 315

©BIU Santé

propter peculiarem illius ſtructuram, peculiarem originem nervorum, qui per muſculos illius diſtribuuntur, & continuum niſum, quem ætherea materia in tendinoſas muſculorum extenſorum fibras confert, voluntas tendentis ad ipſam ſpiritus animalis fluxum, ad aliquod tempus ſolùm, cohibere, aut immutare poteſt. Hoc in partibus motus voluntarios obeuntibus aliter ſeſe habet, tum quòd diverſam ſtructuram obtineant, tum quòd nerveæ propagines per muſculos ipſarum diſſeminatæ diverſis è nervis emittantur; adeóque diſtinctis è fontibus ſpiritum animalem hauriant. Verum tamen eſt, quòd ſi muſculus, qui contrahitur, diutiùs contractus maneat, etiam ex voluntatis imperio, pars in quam illius tendo inſeritur, gravis fit, imò & quemdam patitur dolorem; hoc autem ita contingit, quia ſpiritus animalis, qui è tendinoſis muſculi extenſi fibris veluti expreſſus fuit, rurſus earum poros ſubire, éoſque laxare perpetuò nititur, unà cum materia ætherea, & ſpiritu animali, qui è communi fonte manans eumdem verſus muſculum extenſum derivatur.

CAP. IX. *De ratione motûs muſcularis.*

Quæret forſan aliquis, quomodò muſculi, qui vulgò ſphincteres dicuntur, & nullos habent antagoniſtas, motus ſuos edant. Ad hoc reſpondetur, quòd materia per foramen ſphincterе quodam occluſum tranſitura, aditum ſibi faciendo, eumdem ſphincterem extendit, qui deinde, ſpiritus animalis, & æthereæ materiæ niſu, in ſemetipſum contrahitur. Ingerendum enim in ſtomachum alimentum, verſus fauces linguæ impulſu protruſum, tendinoſas gulæ ſphincteris fibras in longum ducit, quæ deinde proprio marte contrahuntur; atque adeò antagoniſtæ illius vices ſupplet, guláque apertâ, œſophagum ingreditur, cujus fibras carneas, quæ huic in ſtomachum protrudendo inſerviunt, longiores reddit. Similiter dum cibus intra ſtomachum coctus, ipſiuſmet ſtomachi ſeſe contrahentis niſu, ad pilorum depellitur, tranſverſas illius fibras circulum craſſiorem, ſphincteris vices ſupplentem, efformantes extendit; adeóque in inteſtina viam ſibi aperit, quorum fibræ carneæ elateris ſui ope ſubtiliorem illius partem, quæ chyli nomine vulgò donatur, veluti exprimunt, & in vaſa lactea protrudunt, reliquam verò, in excrementa abeuntem, anum verſùs pellunt.

Quod ad ſphincteris veſicæ, & ani dilatationis, & contractionis motus attinet, quâ ratione fiant, facilè concipitur: nam quotieſcunque,

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 312 sur 315

©BIU Santé

CAP. IX. *De ratione motûs muſcularis.*

tieſcunque, ex. gr. lotij emittendi, ſimul & alvi exonerandæ voluntas cuipiam ſupervenit, diaphragmatis, & muſculorum abdominis ope, veſica, & inteſtina illius comprimuntur; & ſic ſtagnans in illâ lotium cervicis illius ſphincterem aperit, & contenta in iſtis excrementa ſphincterem pariter ani recludunt, & uterque deinceps, ad priſtinum tenſionis ſtatum proprij elateris vi ſeſe reſtituens, clauditur.

Anatomico huic Operi finis impoſitus eſto, ad majorem Dei Optimi, Maximi gloriam, à quo, tanquam ab inexhauſto veræ ſapientiæ fonte, mortalium omnium Doctrina manat.

FINIS.

Raymundi Vieussens doctoris medici Monspeliensis Nevrographia universalis. Hoc ... - page 313 sur 315

©BIU Santé

Errata precipua qua in hac prima editione Nevrographia universalis ab ipso Auctore observata sic corrigenda.

Paginâ.	*Lineâ.*	*Errata.*	*Correctiones.*
2.	2	totidem particulis	tot particulis
ibidem.	6	ſtatu, concreſcit,	ſtatu concreſcit,
ibidem.	8	neotericis quibuſdam placet,	neotericis placet,
3.	1	calvariâ animantiũ reconditur	calvariam reconditur,
ibidem.	5	eo, quo,	eo, quo
4	2	diviſi, utrobique	diviſi, ipſam utrobique
ibidem.	20	inſerti,	inſeri,
6.	11	minimè, obſervatur.	minimè obſervatur.
ibidem.	14	tendendo,	tendentes.
ibidem.	22	ductu, flexuoſo	ductu flexuoſo
ibidem.	28	longitudinales	longitudinalis
ibidem.	28	abit quintum	abit, quintum
7.	17	eo glandulæ	glandulæ
8.	16	internæ, utriuſque	internæ utriuſque
14.	34	communem, tanquam	communem tanquam
15.	7	ſinus, exteriùs	ſinus exteriùs
ibidem.	25	etiam, ciſternarum	etiam ciſternarum
16	7	nedum	nè dum
17.	18	eo quòd	quòd
ibidem.	19	exponamus : quemadmodum	exponamus : cum ipſi quemadmodum
ibidem.	20	quemadmodum cor & arteriæ,	quemadmodum & arteriæ
ibidem.	21	eoque protruſo contrahantur.	prout hic à corde protruditur, ubi ſe ſe contrahit
19.	28	fiat propterea que	fiat, propterea que
21.	21	ab uno ad alterum	ab unâ ad alteram
ididem.	21	earumque motum	earumque motus
ibidem.	22	motus præcedit	motum præcedit
22.	12	continet concurrente	continet, concurrente
ibidem,	16	vi, ad ſingulas	vi, neceſſario vectigali ad ſingulas
24	7	fovimus quo	fovimus, quò
ibidem.	37	operam Quæ	operam. Quæ
26.	29	ipſa dilatet.	ipſas dilatet.
28.	1	materiâ æthereâ	materiâ ſubtili
32.	29	medius communis	medius ramus communis
33.	13	ſtatim propagines	ſtatim exiguas propagines
ibidem.	13	ad interiora	ad inferiora.
ibidem.	26	craſſiores, ſemicirculi	craſſiores ſunt, ſemicirculi

36. in explicatione tabulæ IV. litera K.K. quæ indicat nervos opticos, collocanda erat, poſt literam I.I. & litera k. k. minor, quæ omiſſa fuit, & propagines duas interiores arteriarum vertebralium indicare debebat, notanda erat, ubi litera K. K. major notata fuit.

37.	12	lobi anterioribus	lobi ab anterioribus
38.	littera. O. O.	nervi ſpinalis	nervi ſpinales
ibidem.	literâ P.	ipſa origine	ipſa origine
39.	21	eam partem ſanguinis	eam ſanguinis
ibidem.	24	partibus illis craſſæ.	partibus craſſæ
40.	18	cute è qua	cute, è qua
ibidem.	35	arterias ſanè cum arteriis	arterias ſanè quaſdam cum arteriis quibuſdam in capite,
ibidem.	35	& venas cum venis	& venas quaſdam cum venis quibuſdam
ibidem.	36	tum in pluribus	tum in nonnullis
44.	28	duorum ſellæ	duorum inferiorum ſellæ
45.	14	ferè abiit :	ferè abit :
ibidem.	30	appoſitare conditum,	appoſita reconditum,
ibidem.	30	qui è pleresque	qui è pleriſque
51	24	meningis, infundibulum	meningis infundibulum
60	14	utriuſque choroïdis	utriuſque plexûs choroïdis
67.	5	anterioribus, prædictis	anterioribus prædictis
69.	17	literâ L deſignatæ	literâ l deſignatæ
76.	28	corticalis ubivis	corticali ubivis
80.	16	ſubſtantiæ inſerti	ſubſtantiæ interſerti
82.	10	detegere ſubinde	detegere, ac ſubinde
ibidem.	10	planè ac deſcribere	planè deſcribere
83.	10	relictis baſeos	relictis, baſeos
87.	11	& ſtratorum	& ſtriatorum
ibidem.	23	invicem interſerant	invicem interſecent
89.	11	interiorum, ac minorum	interiorum ac minorũ
93.	1	ut verâ	ut è verâ
ibidem.	2	genina tum	genuina tum

a

©BIU Santé

Paginâ.	*Lineâ.*	*Errata.*	*Correctiones.*
94.	13	aquoſos ſuccos	aquoſos, craſſoſque ſuccos
101.	35	productiones, quæ	productiones ſpectat, quæ
102	6	eamque in ſinum	eamque in ſinuum
110.	22	Quoad plexum	Quod ad plexum
116.	31	animalis qui	animalis, qui
117.	4	poſticam cerebri	poſticam cerebelli
ibidem.	22	omni, eodemque	omni, uno, eodemque
118.	20	huic cùm primùm	huic, eùm primùm
120.	14	ſunt qui	ſunt, qui
ibidem.	32	quos licet	quos, licet
121.	23	quæ voluntariis	quæ involuntariis
123.	3	ubi nervorum	ubi verò nervorum
124.	23	Lymphaticis è vaſis	Lymphaticis à vaſis
ibidem.	26	quædam glandularum,	quædam, glandularum,
ibidem.	16	à nervis	nec à nervis
129.	10	ita proculdubio	ita procul dubio
137.	4	actus illius memoriæ	actus illius memoria
150.	12	canaliculi venaſi	canaliculi venoſi
152	18	ſpinalis, ſubſtantiis,	ſpinalis alba ſubſtantia totam exteriorem illius ſuperficiem conſtituat, cinereamque intra ſe recondat. Hoc præterea utriuſque, cerebri nempe, & medullæ ſpinalis ſubſtantiis.
ibidem.	23	corpori effuſæ	corpori affuſæ
155.	12	ſpinali apparent,	ſpinali humanâ apparent
157.	13	diſſimilaris è	diſſimilaris, è
159.	in margine	& alij durij	& alij duri
ibidem.	7	gratiâ quartæ	gratiâ, quartæ
ibidem.	13	craſſiuſculis numeroſis	craſſiuſculis, numeroſis
165	11	commoveant, adeo	commoveant; adeo
166.	35	ſpiritus animali	ſpiritui animali
168.	28	famulâtur partium	famulatur, partium
170	17	moventibus palpebris	moventibus, palpebris
ibidem.	25	ramulis ramulo	ramulo.
181.	20	ſtylocerathyoïdi	ſtyloceratohyoïdi
182.	19	aut commercium,	ut commercium,
190.	7	*ſulphureo-ſalinis*	*ſalino-volatilibus*
ibidem.	28	animalis ſulphureis	animalis à ſulphureis
193.	34	ubi loci	ibi loci
197.	24	cardiaci & vertebrales,	cardiaci, & vertebrales,
199.	34	nervus autem ſplenicos	nervos autem ſplenicos
201.	36	verſus deſignatas	verſus metas deſignatas
217.	1	brachialium exertus.	brachialium exortus,
218.	5	muſculo flexoris	muſculo flexori
221.	18	brachialium exertus	brachialium exortus,
223.	numero 55.55	ramulus nerni,	ramulus nervi,
224.	7	ſeu radio	ſeu radiæo
225.	10	nervus ramulus	nerveus ramulus
ibidem.	11	è ſecundo dorſali	è ſecundo nervo dorſali
228.	8	ſecundi nervis	ſecundi nervi
230.	lineâ ultimâ	qui in tunicas	quæ in tunicas
231.	11	arteriæ, cruralis	arteriæ cruralis
236.	6	inveſtientibus proſpicit.	inveſtientibus proſpiciunt
240.	32	partem diſpergitur,	partem diſperguntur,
245.	3	ut ætherea	ut ſubtilis
ibidem.	15	alium trahitur;	alium locum trahitur;
ibidem.	25	materiæ æthereæ,	materiæ ſubtilis
248.	37	materia ætherea,	materia ſubtilis
249.	10	materia ætherea	mæteria ſubtilis.
179.	33	quapropter illos,	quapropter nervos octavi paris, & utrumque intercoſtalem,